8.53.A.25

CENTRALE V. E. II

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II
8
53 A
25
ROMA

E.E.
1
27.

E
S
N.
A S
Em
D

ELOGIA
S. PETRI
ARBONENSIS,

SCRIPTA

SIMONE REZZANO,

ET

Dicata

ninentiſs. & Reuerendiſs.

PRINCIPI

: IACOBO

ROSPILIOSO.

S.R.E. Cardinali.

ROMÆ, M.DC.LXIX.

ypis Iacobi Dragondelli:

Superiorum permiſſu.

53 A 25
BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Imprlmatur.

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Mag. Sacri Palatij Apoſtolici.

Io: de Angelis Vrbin. Arch. Viceſ.

Imprimatur.

P.]Hyacintus Libellus Sacri *P*ala. Apoſt. Magiſter.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminent.^mo^ & Reuerend.^mo^

D. IACOBO ROSPIGLIOSIO.

S. R. E. Cardinali

S. P. D.

Simon Rezzanus.

VNDE mihi tantum confidentiæ (Eminētiſſime Princeps) vt in Vrbe Romana, inter tot diſertiſſimos viros, inter tanta ingeniorum

Digitized by Google

culmina, meæ infirmitatis conſcius, vix inchoati ſtudij labores, & adorantis calami thura, tibi audeam conſecrare. Donarunt tibi multo maiora plurimi, donamus et nos pauciora, illa nimis elaborata, hæc negligenter condita, & potius à natura ingenita, quã ab arte expolita; ſed quemadmodum miteſcens ſiluæ pomum, ſuauius arridet palato, quam aureum pomum Paridis: itidem ſi noſtra dona, minus pretioſa: pollliceor, tibi fore gratiſſima; hoc pomum, aduerſo more traditur Mineruæ, non Veneri, tendit ad virtutes tuas, non ad formo-

moſitatem corporis ; nam iſtud decus , quod tibi etiam affulget ſilentio prætermitto. Complexum virtutum omnium , definit Ariſtoteles iuſtitiam , quare ſoluamus hunc nodum adamantinum , et ſi non poterimus ſingillatim omnes percenſere, conemur ad potiora.

Opinamur tamen, cœteris præterea virtutibus, prudentia debere Principem ſplendeſcere. Hæc virtus, ita natura tibi comparata eſt (Princeps), vt ſi vera mentiuntur fabulæ, ex honore, & reuerentia natam eſſe Maieſtatem, quæ, vbique aſfuſa, noſtrum

Orbem moderatur ; vt cane-
bat Ouid. libro v. faſtorum :

Donec honor, placidoque decens reuerentia vultu
Corpora legitimis impoſuere thoris ;
Hinc ſata Maieſtas, quæ mundum temperat omnem ;
Quaque die partu eſt edita ; magna fuit.

Ita(niſi me mea fallit opinio) hæc prudentia tibi genitrix extitit ; hæc tibi nutrix, & collactenea affuit ; hæc te monuit ab infantia, præuidere ſacula, vt caueas ; bonum proſpicere, vt conſequaris,

et

& eodem modulo, quo te: metiri Populos ; verumtamen, cur tantum prępolles hac virtute? forſan quia maxima tibi fuit ſchola, Patruus tuus CLEMENS IX. P. M., cui impares putant eſſe Catones; nam habet in hac profectò aliquod cum illa diuina mente cõmune, vt ipſum numen habeat in conſilio, ſuamque prudentiam, vt numen quoque habeat.

Etenim ſi prudentia longius videt, tua prudẽtia, cũ moras nobilitabas apud Flãdros, non ſolum longius vidit; ſed etiam longas prætendit manus; nam cum CLEMENS

tuus Patruus adoptatus fuit in Pontificem Maximum, tũc licet abſuiſſes Roma, pręſentia quoque tua totam Romam occupabas; nulla enim pars terrarum tua præſentia vacat; eligebant Patres CLEMENTEM IX. & te intuebantur Nepotem; voluebant oculos ad virtutes CLEMENTIS, & ad te eiuſdem exemplum: comparabant vultum Patrui cum Indole magna Nepotis; & inuicem vos augere conſpicabantur; non quod radij deficerent vni, & complerentur ab alio: nec fortiori lumine ſplendebat vterque plenior;

quam

Digitized by Google

quam coruſcarent ſinguli ; ſed tantum diſtabas ab hoc, quia tua præſentia fulgebat in vmbra, quia in interuallo erat corpus , & vmbra tua certatim contendebat cum vultu Principis , & cedebat. Deſiderabaris præſens maximo Romanorum ſtudio, qui virtutis tuæ experimentum nouerant: adiuuabas etiam remotiſſimus ad ſubſellia Petri CLEMENTEM , & licet virtus CLEMENTIS maxima eſſet , quæ non indigeret fulcris , adfuiſti tamen, vt ſolatium , vt ſocius virtutis: tua enim ſocietate, faciliori greſſu ad ſolium commeauit;

Digitized by Google

tuo bracchio nixus, non pertimuit trepidationem in greſſibus, neque incurſum inuidiæ; ſed quale bracchium porrexiſti, ſi longè diſtabas; nonne bracchium tui magni nominis, & immenſæ virtutis, quæ te tantum adimplet vt ſuperfluè exundet ad vtrãque ripam, Occidentis, & Orientis. creuerat tamen in exceſſum CLEMENTIS virtus, & in faſtigio coronata ſibi ſtatuit terminum, non vltra procedendi: ad huc tamen creſcit in te Nepote, & gloriarũ tuarum gradibus in altiora cenſcendit.

Vix fortuna ſecuta eſt me-

ritum CLEMENTIS, & fama ſub alis ſuis tibi nuncium attulit: idem tibi conſtat color in genis; nec lætitia tuum emicat cor; nec gaudio confunderis, nihil mutaris ab eo, quod eras: nouum tibi non erat, certò auſpicari in Patruo tuo, quod exigebat olim tãdiù virtus eius confecta, & non fallebat meritum; tuæ domus conſuetudo inoleuit, vbique eminere, neque miraris, vt caſus inauſpicatos, dignitates, quæ vobis fuere mores.

Iam conuocatus a CLEMENTE, laboras tibi iter; & cunctaris ad acceſſum,

non

non conuolas ad fortunas; vt ſolenne eſt nouis hominibus, qui uelo, remoque contendunt ad ea, quæ, neque nouerant, neque concupiuerant.

Verſus Romam, FABIORVM more incedis; greſſus moues, vt æger; immò ægrotas; quaſi honores tibi ſtomachum faciant, & nolens, volenſque maturas viam, tibi acerbiſsimam; quia recta tendis ad labores ſpecioſos, & ad irrequietam Aulam; feſtinas ad ſalutem Reip; & interea ſalutem tuam in pericula mortis obiectas; ſed Roma prætulit metum periculi tui, letitiæ Pontificatus; plus imminebat

bat mortis acinacis noſtris collis, quam tuæ vitæ ſtamini: pro tuo capite, iam iam labante, plures in aris mactauimus victimas, plures profudimus lacrymas, & calidam mortis falcem noſtris aquis extinximus, ſagittarumque lethalium pennas noſtris morati ſumus humoribus. Soſpes, incolumiſq; è noſtris planctibus enataſti ad ſalutem; & ingreſſus Romam. Quæ gratulatio fuerit CLEMENTIS? quæ gaudia Principum? qui triumphi Populorum? quæ ſecuritas intuentium te Matrum? proſpicientium te Virginum? quæ du-

plici

plici fructu aduentus tui fruebātur, dum prӕditi Principis formam viderent; nec timerent licentiam; humeris ſuis totus Orbis Romӕ te reportauit, vt alternis ipſe humeris releuares Orbem molimine, & ſuſtineres: hic, non minores tibi fuerunt Populi plauſus, quam CLEMENTI plaudebant, vt Lacones, geminis Heraclidis, dum in ſummis rebus, ӕquat vos, vultus ſimilitudo; morum paritas, & conſanguinitas.

Miror! tamen Romӕ, quã continuus ſit ardor tuus, quã iucunda vrbanitas, quam nectarea ſermonis facilitas: non de-

deſeris pauperem colloquentem, interuentu Principis; non diuidis aures negotijs, totus traditus vni; quaſi diuinitate adiutus, perpetuo vigeas motu, omnium rerum interualla ſunt, tu ſolus infatigabilis, continuas laborem tuum in delitijs: præterita cum futuris coniungis, omni præſens, dum interes negotio, & in liberalitatibus, tuaque, teque, ipſum diſſipas.

Plura vellem; ſed plura non poſſum, ne in periodos orationis abeat Epiſtola: ſolum ſummum comprecor numen, toti infuſum mundo; totum confuſum cũ clemen-

mentis: vt CLEMENTI, & tibi, pleniora concedat ſæcula; ſed parum eſt, tantis virtutibus; precibus promereri bonum vitæ progreſſum: ſi minor eſſet perpetuitas, competens æternitas: te obnixe obſecramus; vt inter tot eruditorum ſonitus; tenuem mei calami vocem excipias; nam Principi, non ſolum tubæ, ſed etiam ſpartanæ tibiæ ſeruiunt, vt tuum animum magnum, & oculos, ad meorum Elogiorum lectionem, quaſi ſtimuli prouocent: & meum nomen, etiam poſt mortem tibi, ſemper incolumi,

mi,

Digitized by Google

mi, ſemper felici, ſemperque ſoſpiti, in cartis apud poſteritatem ſeruiat.

Vale & viue diù. v. Kal. Maij Ann. M.DC.LXVIX.

LE-

Digitized by Google

LECTORIBVS

Amantiſsimis.

S. P. D.

SIMON REZZANVS.

QVAM maximè pertæſum eſt; me moras contrahere Romæ, & latinos non percallere vſus; ac debitum noſtrum prætermittere, qui deberemus ab infantia huic operam nauare lin-

Digitized by Google

linguæ ; nec permittere laudem noſtram vſurpandam à Barbaris, qui ſe nimium arrogant, et ſapientius, quã nos latine noſſe: quod maximo nobis eſſet dedecori, ſi latinũ ignoremus idioma, quapropter, ex primis ephæbis aduertimus animũ ad primi ſubſellij Authores, Plautum, *&* Terentium ; *quorum exempla, edita in noſtris Elogijs ſpectabitis, nulla erit dicendi ratio, quæ barbariem redoleat ; niſi Librarij affundant cartis ruſticitatem ſuam : & hoc præter ſcribentis culpam euenit : mores ſanctiſſimorũ hominum vobis legendos curauimus : horum non modo corticem, ſed etiam*

me-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

medullas excutietis: vt ea ad veſtri animi nutrimenta cõuertatis. Nõ aſſentatiunculas aucupamur, quia, vel bona videntur noſtri ingenij pignora, & laude non indigent, diuitijs contenta ſuis; vel mala autumantur, & tunc cenſura nullæ opus eſt: quia non poſſunt ad meliorem frugem ſe redigere, vt ait Horatius in poeticis.

Volat irreuocabile verbum

Luxuriantem fructibus vobis obijcimus arborem; poma inde decerpatis matura, acerba repellite, & quæ palato blandiuntur, non, quæ ſtupidis obſiſtant

den-

Digitized by Google

*dẽtibus. Diſcite Lectores eſſe bo-
ni, & nullus liber vobis videbi-
tur malus; ocultat enim Deus
malorum ſemina & bonitatem
eruit. Valete Romæ v. Maias
M.C.D.LXVIIII.*

Er-

Digitized by Google

Digitized by Google

DE NATIVITATE
S. PETRI
A' NARBONENSI
Prouincia.

ELOGIVM PRIMVM.

O quantum eſt in Rebus Inane? vbique,
Tellerem pede conterimus ,
Et ſemper Cœlo progenerat
Heroas ;
Verte te ad Tagum Gemmiferum;
Et inde Orientem ſpectabis Solem.
Ex ripa auriferi fluminis congeres tibi
Magnum lapillum ; nempe Petrum .
Spectabiles parentes, dum ſuſcipiunt
Hanc ſobolem , dignam faſtis
Laude filij ſe condecorant:
Vix ſexto Petrus claudicabat anno,

Et virtutibus præcurrebat ætatem ;
Noctu lacteus puer , Codicem ſacrum
Virginis percurrens ;
Illuſtratur ab Angelis Face ;
Et à Deipàra,ſolibus :
Supernæ intelligentiæ laternis illis ;
Non quærebant ;
Inuenerant Hominem ;
Proximis Petro Interſunt facibus,vt viuam
Illam Virtutis
Imaginem præirent ;
O cœleſtes pueri , vbi Petrus orat ;
Putatis ineſſe Theſaurum ,
Et feſtinatis tędis.
Quæritis ne Petrum ducere in Cęlum ,
Et præluditis cereis itineri ?
Perfunctus eſt ne rebus humanis :
Et effertur facibus .
O Angeli , ò candelabra cœli ,
Quam belle vobis
Prælucentibus Petrus elucubratur
precibus .
Ab eois plagis ſidus nouum emicuit ,
Vt ternos Reges luce conſuleret
Ad ſpeluncam Numinis .
Nunc Cęlo labitur aſtrum cereum ,
Vt Petri ſanctitas ſit peruia ſenſibus .
Comprimite faces o Angeli ?
Prę oculis enim profectò pueri,
Contemnuntur veſtræ ,
Et ſunt ſine luce faces
O pulcherrima Virgo , quid agis ,
Tædis ne maritalibus
procedis obuia ſponſo ? ſed dum ſexto
Clan.

Digitized by Google

Clauditur anno ;
Nondum adeſt Nubilis ;
Eique lege interdictum eſt matrimonium.
Voſque faces , quid occurritis
Petro legenti ? Cognoſcebant ſidera?
Solem ſuum ,

PETRVS

Cum perdidicit legere ; libros ſacros tantum euoluit .

ELOGIVM II.

Quænam litteræ oculos Petri morantur ?
Num Anacreontis loci ?
Num Ouidij fabulæ ?
Dij prohibeant hæc literata Crimina
Ab oculis sanctioris Pueri ;
Peruestigat legendo sanctorum otia.
Homines, quibus librorum libido prurit,
Quid niſi monſtra legunt .
Noſtra mens in morem ceræ flectitur ,
Et firmius in ea hærent notæ .
Tuum cor non proteges illæſum à Venere;
Si ciprijs, immoritur ſtudijs .
Vita proba nulla eſt , ſi criſſat
Laſciua pagina ;
Oculi ſunt in amore duces ,
Amoue oculos ab amoribus !

Venenum pudicitiæ ab oculo prælibatur;
Et inſinuatur cordi:
Obſcena pagina, tibi vt poculum
Luxuriæ ſpumat;
Loiolam, quis adduxit Deo?
Niſi ſacrorum librorum
Iter.
Plurimos perdidere Adonides;
Et Paſtoris perfidiæ.
Quid percontaris ex libris?
Niſi rerum notitiam.
Hunc vt ad amuſſim compareris?
Librum Moyſis
Nocturna verſate manum, verſate diurna.

ADIVNGITVR

A Matre Petrus lyceo Salamanticæ.

ELOGIVM III.

Neſcio, quinam te genuere parentes Petre?
Studium, an Pietas?
Vtrique addicis operam,
Et ex vtroque pectora nata geris?
Matris Iuſſu ad ſtudium proficiſceris?
Et tibi lares, templo proximos locas
Vt immunitate perfruaris à vitijs
Cuinam ſcientiæ tuum adiunges animum?

Non

Non ne ſacris litteris?
Hunc in modum, dum inuigilas ſtudijs;
Non abes à precibus:
Sed quali erudiris ingenio?
Sublimi ſcilicet,
Vt cunctos exuperares obices;
Qui tibi præpedirent Deum,
Tibi calamus non aberat à digitis,
penna non diſtabat ab animo,
Qua peruolitabas Cęlum.
Integer vitæ, atramenti tantum
Culpas effundis paginis; & velles etiam
Lituras illas lacrymis expungere.
Scripta excutiebas vſque ad prælum,
Et Doctrinæ ſucum memoria lambebas,
Referebas Magiſtris obices;
Et in circulo ſcolaſticorum
Totus viuebas auribus.
Quæ tu reddebas verba;
Ibant tu oracula; & acies tui
Ingenij ſoluebat nodos,
Cibus more ſtudentium Trientis
pondera ſubit,
Et exacuis ingenium Ieiunijs:
Nuſquam vino ſuſus; ſemper acqua:
Heminas non libas, quia
Vocabula te ludunt;
Et arbitraris, fęminas.
Labra tantum recreas aqua, & innocuus
Riuus, tuæ puritatis conſcius
Blanditur palato,
Exeris ora, Auroræ roribus,
Vt concipias concha cordis
Margaritam virtutis.

Frigida balnea tuæ ſiti præbes, & animo;
Venuſtæ tibi rident aquę,
Tuq; ardes, & oſcula præſtas.
Antequam ires cubitum, tibi,
Vt mortuo concinebas nęnias.
Feretrum non aberrat à lecto,
Et ſomnus
Eſt lethi conſanguineus.
Feſto die totus vacabas in preces,
Nec fas tibi cenſebas agere: Nos vero
Sacros dies commiſcemus cum
Prophanis;
Et noſter
Labor omni tempore ſudat.
Si fortaſſe Petrus ferebatur,
Obuiam fęminis;
pudore confundebat genas,
Nec verba reſpondebant oculis.
Forſan ardet tibi forma puer,
Quia ferunt incendia mulieres;
Times, & illico te expedis;
Cur alio oculis, aliò tendis verbis?
In diuerſa abit animus;
Ne tradatur totus vni
Fęminæ ſe obijciunt; vt videantur,
Si nos diuertimus oculos;
Actutum excedunt;
Sed cur ante mulieres rubes Petre?
Num quia vincis oculos;
Victoriæ
Punicia ſigna extollunt genæ;
Num pudore mades?
Quia cor expellebat flammas;
Et illæ à corde diffugiebant in malas.
Con-

Digitized by Google

Conſeris genas roſis;
Vt fucos muliebris formæ eneces.
Condiſcipuli, cum prope aderat Petrus
Si praue loquebantur,
Alio vertebant verba ſua.
O mirabilem iuuenem!
Verba mutas, & corda præſentia:
Quid ages eloquo?
Denique vita Petri Sanctior,
Multos ſpectatores habuit,
Sectatores quam plurimos.

DE INGRESSV

Petri in Religionem S. Franciſci.

ELOGIVM IV.

Petre? quo te ſubducit fuga clanculum,
A Matre; forſan ad Deum
Feſtinas? ſed matri non obtemperas;
Matrem deſeris; nec te remoratur amor;
Quorſum ſpectat tuus animus?
Recipis te ad clauſtra;
Sed flumen intermedium obſtat;
Aut ad maternam ſedem redeas,
Aut te committe aquis.
Ad maternam domum non reuerteris,
Quia in via Dei turpe eſt

Se retro vertere parthorum more;
Te non concredis aquis,
Quia dum fluunt aureæ;
Nimia auaritia deuorant homines:
Propè ripam fluminis ſiſtere vix poteris,
Quia noctescit
Cęlum, & vmbrarum metu
Tibi concidit cor;
Nuſquam oculi,
Dei ope nixus Petrus, repentè
Tranſuehitur ad alteram ripam,
Et ſic flumen corripuit.
Miratur ſe in altero littore; neque ſolui
Portorium Nauis,
Tanto frigore torpebant,
Petre, tibi pedes.
Vt tranſeuntes non ſentirent aquas;
Aut tanto calebunt amore,
Vt aridam aquis premerent viam.
Flumen, quod tibi terrebat oculos;
Iam tergo ſalutas.
Quis tibi ſoſpitat Iter?
Non Iuppiter in Tauro,
Non proditor Helles;
Sed Cęli nauis amica tuis ſuccubat
Pedibus.
Te vexit Aura Cęli, eadem,
Quæ vehit odores;
Ad tuum conſilium propera
Cœnobium te ducet per centum oſtia
vt alteram prudentiæ ſibyllam;
Hic tyrocinij togam induis,
Et lauream pęnitentiæ opperiris:
Claudis te precibus, ſenſus enecas;
Et

Digitized by Google

Et breuiter dormitas in tabellis,
Et figura ſomnus eſt.
Hoſtis humani generis per mille doloſ
Petrum circumducebat
Sed adeo Beatus attenuabat ſe ieiunijs,
Vt exiret plagas retis;
Suadebat habitum deſerere;
Sed hoc tibi damno eſſet lucifer,
Dum nudus tecū colluctaretur,
Et exturbaret;
Hoſtis ſupplici Petro paulatim
Conciliabat ſomnum, & alteri in hortu
Aſſimillatur Petro;
Plus, pluſque hanc nullam.
Duxit Petrus pęnam;
Quam fallacem ſommum in oculos
Obrepere; Deus ipſe, quem cogitabat,
Suæ mentis quies,
Quies erat corporis.
Quid conquereis Petre?
Dum caput nutat in ſomnos
Deueneratur numen
Cohibe Pluto manus tuas
Nec inſtes verberibus Petræ;
Nam tibi confriget digitos.
Si humi Petram deijcias,
Tuis pedibus obices obſtruis:
Ingentem Petrā ſublimem complecteris,
centenario virtutum pondo
Grauis eſt; eam attollere vix poteris,
Et ſi nitaris plurimum,
Nimia mole rumperis;
Tāta Petrus pręſtitit modeſtia, vt condus,
Et promus cęnobij, nunquam Cellæ

Digitized by Google

Tectum eſt intuitus ;
Timebas oculis pendere à trabibus ;
Quia hoc ſupplicij genus eſt .
Tectum illud non conſpicis ;
Quia tibi Cęlum abripit .
Arrige oculos in tectum illud Petre ;
Fixis conſtat clauis; & inſtrumenta
Necis Chriſti comminiſcere ;
Tua verecundia nocet Patribus,
Dum pendulam vuam ,
Et punica mala non promis in menſam ;
Putas racemos illos ,
Eſſe volumina pyroporum ,
Et paupertatis damnatus voti ,
Times contingere Bacchum ;
Dum demittis à tectis, vt tanquàm
Furcifer pendeat .
Et Aphricana mala, vt gemmarum ,
Scrinia Cuſtodis in pauperes;
Tandem ianitoris obis partes ,
Et dum ianuam, neque ſemper clauſam ,
Neque vbique pandam ſeruas ;
Habent fores tempora , & cauſas ſuas.

PE-

PETRVS

Sibi in Hortu Monaſterij
conſtituit Paruulam
Eremum ; & orans
rapitur ſupra
pinos.

ELOGIVM V.

Iam tranſis in Anachoretam;
Dum tibi ædificas
Inter pinorum ſepta paruulam caſam :
Hic ſupplex, ſuſpirijs tibi euellis animū;
Qui dum in ſublime fertur.
Ne corpus perſtet examine,
Perſequitur in aere comitem ſuum.
O Paradiſi Aquila,
Ita ne inter pinos, tibi nidos aſtruis?
Inter pineta tendis palmas,
Vt tędæ illæ tibi ſuccenſeant cor.
Iam non operæ eſt tibi ſcalis,
Vt inſcendas in Cęlum;
Pinos tibi aptat amor;
Inter arbores, vbique virentes,
Perpetua iuueneſcis virtute;
Gaudent pini littoribus,
Quibus oculis ſuppeditabas aquas

Digitized by Google

Agedum Gygas Cęli, confla in haſtas
Pinos,
Et Luciferũ Eiugula,
Tibi ſolatio eſt Pinus,
Quiam ſpectas Crucem,
Sed faſtigia arboreæ Pyramidis
Sanctitate tua exuperas.

DVM PETRVS

Orabat, caſam Petri obruebant lapidibus Dæmones.

ELOGIVM VI.

Vt alterum Mercurium,
Te venerabitur Poſteritas ſub acervis
Lapidum;
Stephani fatum ſubis,
Et adverſus Inferos Cęlum apertum
Vides;
Vel quia Cęlum ſuperum fatiſcit
Tuis precibus, Ideo Stephani
Caſum obis;
Tibi proijciunt ſaxa manes inferi,
Vt tuæ virtutis poma decutiant;
Tuis precibus in furorem agis lemures;
Dum vt Amentes vicatim ſaxa voluunt,
Agendæ ſunt, Petre, gratiæ Dæmoni,
Comiſeratur tuæ caſæ

An-

Anguſtias , & lapides exhibet,
Vt ampliorem fabrices ;
Non conceſſes à votis tuis ;
Licet vt Iacobus obdormias in ſaxis;
Impetu lapides aſſiliunt caſæ,
Neque nocent, quia tuis feruentibus
Suſpirijs euaneſcunt in calcem .
Corripe,Petre,lapides,illos,
Retorque in infernum Geliath ;
Rigido concidet impulſu;
Excudat fama e ſaxis tibi columnam ;
Et tua inſcribat trophæa,
Plura non timeas mala ,
Per ſaxa tibi abitum eſt ,
Et per ignes aſſidue tranſis ;
Dum peroras
Calidius Deo .



AL-

ALTA NIVE

Obſeſsi Patres laborabant Inedia; Cùm illicò cęlitus comparatur Annona Vberior Monaſterio.

ELOGIVM VII.

O variabile Cęlum;
Paſtoris nunc agis partes, tondes, vt oues,
Nubes tuas, & niues,
Vt vellera trudis in terram.
Vides mille oculis egeſtatem noſtram;
Et tenerum argentum prodigis
In pauperes.
Cęlum hominibus fęnerator eſt;
Nunc in niue frigidas mittit
Paginas,
Vt conſcribant ſyngraphas.
Plagę hominum, ne macie conficiantur;
In niuibus Cęlum commodat
Lacinias;
Ningit Cęlum,
Et nix tanto altior coaleſcit, vt Vrbē niuis
In

In Vrbe conſtruat;
Obſidione niuis tenentur Patres;
Et Vallo; & quod refert,
Victus cura nulla eſt;
Ianitor excurre ad oſtium;
Obſonat vobis Tintinnabulum
Lautiſſimum conuiuium;
Panem nanciſceris; niuis coeuum;
Et elegantia epularum, fumum
Tibi vendet naribus:
Euge Petre: Decumbe Deo:
Annona Cęli tibi
Præſto eſt; niues tibi ſeruiunt,
Dum cibos concoquunt.

PETRVS

Dat operam concionibus.

ELOGIVM VIII.

Pone flagrorum auidam ſitim?
Crudelem catenarum ſonum compeſce?
Thalamus ferreus abeat in pulpitum?
Te proficuus manet labor;
Feriandum ſt ab otio mentis,
Et in forum commea
Teſſeram Cęli explica; bellicum canas;
Catapultas, baliſtas, & arietes
Conde ſub lingua,
Imbue verba ſagittis, & in arcum
ſe

Se flectant prædita labra;
Prædicet tuus Marcor è roſtris,
Et copiam facias mortis;
Vt contremiſcant populi;
Deſine te flagrorum mactare infortunio;
Saluos homines
Rogitat Deus; non ſanguinem;
Pluris eſt ad pœnas redigere crimina;
Quam
Humeros ad victimam.
Ignatius Loiola ſolens more ſuo aiebat;
Malle ſuam ſalutem ſuſpendere,
Dum ſalutem viuum certe Deo concrederet:
Væ nobis miſeris;
Omne noſtrum corpus militat Dæmoni,
Nocemus Proximo Verbis,
Et manibus.

PETRVS

Dum orat in Hortu, ſpectatur in ſuſpenſo, & aues ſuis inſidere Bracchijs.

ELOGIVM IX.

Petrus inſtar apum, vbique
Circa hortum conuolat, vt flores
Virtutum colligat;

Hinc

Hinc orans libratur in aere,
Et fertur pondus, vbi ſuus erat amor;
Adiuuabant raptum alis,
Aues inſidentes bracchijs.
Poſtliminio redierat Petrus ad
Priſtinam cauſam
Et imperabat auibus;
Pendet in aere corpus, vt trunus;
Bracchia, vt rami,
Et aues ineſſe miraris?
O nouum paradiſi Orpheum:
Dum multa ex tuis humeris
Dependet auis;
Si afforent accipitres, qui hærent
Bracchijs
Aucupem Cęli dixeris Petrum;
Qui corda peteret, & ſuum Deo traderet.
Dulce queruntur aues circa Petrum,
Nec ſomnus
Amoris excitatur à cantibus;
Vt alter Paphnutius,
Pendes ne ab auis concentu?
An ab arcu ſuo te in aerem iaculatur
Amor?
Ideò peregrinaris à ſenſibus;
Quia ſirenes illæ ſyluarum
Faſcino ſuauitatis te capiunt;
Dum concinunt;
Volucres putant, Petrum
Eſſe hominem frugi, & nullatenus
Lædi timent; ideoque in lacertis habitant;
Quænam aues tibi blandiuntur?
Philomelæ; an Hirundines?
Non philomelæ; quia ſtupro inceſtantur;
Non

Digitized by Google

Non Hirundines,
Quia aues iſtæ pullo colore litantur
Dæmoni;
Sed Paradiſi aues, Angeli, circa tuum
corpus ludunt in numerum
Et aulico vocis officio tibi iter Cęli
Secundant.

PETRVS

Docet Populos Crucem figere in publicis plateis, & in montibus.

ELOGIVM X.

Innumeris conſtat orbis ſyluis;
Et paucisſimæ attolluntur cruces;
Forſan quia noſtrorum pręmiorum
Principium, formidatur, vt ſupplicium;
Sed nunc crux ſalutifera eſt;
Cur non vbique figitur?
Num? quia ſalutem corporis omnes:
Salutem animi perpauci captamus;
Petrus in foro ſublimes inſerit Cruces,
Vt vbi plurima
Congeruntur Chriſti membra, non deſit
Illa arbor, quæ ſuſtinuit noſtrum
caput;

In

In montes ferè inacceſſos ſuis
Humeris Petrus vix vi,
Crucem trahit, & vicatim laſſus;
Sub cruce caſitat.
Tanquam racemus cęli ſub prœlo ſuo.
Quid inaniter Petre,
Vehis in ſyluam ligna?
Poteras ibi decuſſare quercum, & monti
Configere.
Non fruſtra teritur labor, crucem;
Quam portat humeris
Suo initiat ſanguine.
Vt præter Chriſti tormenta,
Etiam veſtigia Petri
Populus veneretur in cruce.
Non confert ligna in ſyluas;
Sed ſyluarum
Conditorem; ſimul gerit lignum,
Et artificem.
In monte crucem locat,
Vt noſter in Chriſtum amor
Non deſinat eſſe ſublimis;
Vt nullum lateant ſigna ſalutis;
Vt arboribus non deſit decus ſuum;
Ideo fundat crucem
In montibus.
Beatæ ſyluæ, quæ tantum meruere numen.
Iam vobis parcunt ſecures,
Et flammarum inediæ
Si vos Euæ maculauit manus;
Nunc Chriſti corpus
Conſecrat.
Et ſi homines perdidiſtis pomo;
Nunc beatis fructibus

Vir-

Virginis:
Montes tollite cruces,
Et vicinia cœli perfruamini;

PETRVS

Accerſitur literis à Rege Luſitaniæ, & Maximis excipitur officijs.

ELOGIVM XI.

Virtus, licet in adytis oblateat;
Fama ſagax, vbique illius
Subodoratur veſtigia.
Centum oculis excubat;
Centum auribus vacat,
Centum linguis acuitur,
Hæc fama tam ſublimis
Regi Luſitaniæ prædicat
Petri magna facinora;
Et commodat Regi pennas:
Vt literis Petrum ſibi conuocet;
Epiſtola commonitus Petrus, iter facit;
Et prius Cœnobium adit;
Quam Principis Aulam;
Deum præfert Regibus;
Templum, capitolijs.
Nos verò aſſentiunculis aecupamur

Gra-

Digitized by Google

Gratiam Principis
Et poſthabemus Deum , & aras ;
Ad regiam poſtea recta tendit ,
Aulico admittitur obſequio
In Palatium ; nec tantum
Virum concipit;
Primores Regni viri , ante Petri
Pedes voluuntur ; & iuſtum
Perdiſcunt iter ;
Non ſuperbit Beatus obſequio ,
Quia in Deum confert
Honores .
Nec à magnifico terretur aditu ,
Dum mente expatiatur
Per templa Maiora Tonantis ;
Tapetia nudo pede proterit ,
Et calcat luxum cum Diogene ,



PETRVS

Iter habens noctem verſus, ſami, & ſiti ſocij aquã mirabilem, & cibaria impetrat,

ELOGIVM XII.

Petre? quod tibi noceas laboribus,
Indulgeo; quod ſocium tuum torque
Exuritione, non patior:
Occidit ſol, tuque viam perſequeris,
Sed tibi nox abſcondit iter,
In quam diuertes caſam?
Si inhoſpita peragras loca.
Nullus fumus tibi indicat Cœnobium;
Nulla fax ſplendet à Diętis,
Vbi nam terrarum cubabis?
Te manet Hoſpitalis Quercus,
Et menſa prati frugalior.
Iam fames tuum ſocium enecat,
Sitis ſorbet cor:
Deſunt tibi obſonia,
Fons nullus exhibet aquas.
Saltem ſiſte gradum,
Et inſtaura illam lacrymis;
Refice ſuſpirijs.
Poſcis ſuppetias è Cęlo tuo;

Et

Et actutum fons mirabilis ampullatur
Aquis, & ſitim ſedat.
Fœnerantur tui oculi vitreas
Scatebras fonti,
Concidunt præcipitia ſtillarum,
Et lucent, & ſub noctu facem
Miniſtrant oculis, poculum labris.
Tuam contuemur magnam fidem
In ſpeculo aquarum
Pellucido.
Sed quis Piſtor tibi tàm candidũ
Subegit panem?
Nullum contraxit fumum,
Tuis decoctus
Suſpirijs.
Quis hamauit vobis piſces?
Fontem quoque vertis in fluuium,
Paſtor egregius niueo pane vos recreat,
Et donat poma Cereris.
Vbique diuinę innitendũ eſt prouidentię,
In loco deſerto
Quinque piſcibus, & totidem
Panibus Chriſtus
Exemit famem millibus;
Et viſa eſt Ceres diuinis
In manibus Gliſcere, nec mirum!
Si miniſter Epularum,
Frumentum erat.
Piſces ſe cumulabant manibus,
Nec poterant deficere,
Totidem aderant piſcatores.

PETRVS

Colligit ex hortu varias herbas, & miſcet acetorium infirmo; quo ſtatim conualeſcit.

ELOGIVM XIII.

Obrue, Galene, rationes tuas;
Neq;acetum deneges febri,
Forſant ne morbus acuat.
Petrus multas herbas mordet digitis,
Macerat ſalis aſpergine,
Oleo penetrat; aceto condit,
Et ægroto miniſtrat.
Conualeſcit à morbo æger:
Dum febris percurrens venas;
In herbarum lubrico foras allabitur,
Animus morbo torpens,
Acido humore ſuſcitatur;
Inſtar Hannibalis ſaxeum morbum
Aceto peruincis;
Vt ad ſalutem muniat viam;
Incipit æger à lactuca finiente cęnam
Cibum appetère;
Sed quis vobis pręſtitit opes,
Et vires, o herbę? niſi manus
Colona Petri;

Agè

Digitized by Google

Age fama, ſi tibi vrna Calami aret;
perunge ſpongiarum
Aceto; & miracula Petri conſcribe
Vberius.

PETRVS

Ex publico ſterquilinio colligit fragmina pannorum,
& ſibi conſuit centonem deridiculam.

ELOGIVM XIV.

Quid fimentum publicum turbas Petre?
tuis ne naribus
odorem corrogas?
an venenum ſuperbiæ
curare autumas ſtercore?
Seligis ſegmenta veſtium;
tibique verſicolorem conſarcinas
centonem?
quaſi eſſent lupercalia;
& tuæ humilitatis perſonam ageres?
Tam ſtulte ornatus ſuccedis
in aulam,
ſed te non ſpectant;

Digitized by Google

vt fatuum ; mirantur , vt Iridem :
Protheum ſimulas in veſtibus ,
non vt fieres Paſtor
Piſcium : ſed hominum .
Cur varios in te Populi colores
inſpiciunt ? obijcis te ,
vt triangulum Criſtallum oculis ?
Exue hoc paupertatis pratum ;
ſimplicitate morum ;
& habitus placeas
Pandoram refers , dum in tot
coloribus totidem exhibes virtutes;
Inconſtantem te transfers
in Vertumnum;
ſed veſtem mutabilem reddis ;
non animum .
Non tibi adſcribitur ſtultitiæ.
quod colores nō conueniant ;
dum diuini amoris inſania ,
prudentia eſt .

PE-

PETRVS

Turiæ flumen nauigabile incolumi pede ſuperat;

ELOGIVM XV.

Semper fluminum intemperiæ
te vexant. Petre,
& itinerum incõmoda;
dum religionis rebus aſſuetus,
ſtare loco neſcis;
Comitia patrum te manent auidiſſime.
vt ſacræ conſulas Reipublicæ,
ſed tuorum pedum conſilium
hæſitat in flumine.
Fluuius aureus euoluitur,
& ſibi maximam libertatem emit,
Humorum ſemina complexus,
heſperius ille tybris;
grauidatur,
& pudicos Petri pedes abnuit excipere;
Incrementum aquarum impetu,
& appulſu ſuo abſtulit arbores,
& dum furtis refertum fluit;
ne forte detegantur,
nullum viatorem admittit;
Celocem conuocat Petrus,
ſed machinę, ſiccas carinas
traxerant.

Digitized by Google

Nautæ Inclamant peregrinis
Io frigite,
ab vndarum bello
Nemo ſoſpes expeditur;
Quid meditaris,Petre?
Aufidus iſte, infidus eſt, caue ſtella
Sanctitatis ab occiduis aquis.
Immobilibus ſyluis non ignoſcit vnda;
tuque mobilis id impune
feres?
Sed fides tibi, nauis eſt;
intrepido pede conteris aquas;
& vnda tuis pedibus eluit puluerem.
Non tantum vndis intumet flumen,
quantum ſuperbit;
dum te conuehit;
Clamor aquarum tibi plaudit iter,
caue ne amator fluuius
te detineat amplexibus.
Cur non ſupponis pallium pedibus,
vt ſicco tranſeas pede?
Benè tibi conſulis,
aqua puriot eſt, non indiget cilitijs,
Cur non expectas;
vt detumeat aqua; ſed incremento
te concredis?
num quia in votis tibi fuit,
vbique calcare ſuperbiam,
& gaudes tibi flumen increſcere,
vt proprior cœlo accederes.

LA-

LARVATAM

Mulierem nubentem lucifero ad meliorem vitæ frugem redigit.

ELOGIVM XVI.

Luciferi nequitias vincere quis poterit?
inducit ſibi formam
Elegantem iuuenis;
Et clauculum ſibi deſpondet
vxorem incubus;
Chyrographo ſcribit dotem,
& noua Circe illi ſpondet
animum ſanguine.
Frequentat templa mulier,
& in abuſum ſacramenta
vertit, adultera fidei.
Conſuadet pietatem pectore,
gerit in corde perfidias;
In hac fortè inuehitur Petrus,
dum eius ſacrilegam mentem aperit;
Humana Proſerpina,
quid cogitas? ſponſi tui facies
nulla eſt,
turpem fumum complecteris,
& Zeph ro marito congaudes,
vt Chloris:
Vt mater Macedonis,

cum angue facies concubitum.
Cum te larua coronat bracchijs,
tunc ad ſuſpendium tuam adigit gulam!
Quam ex concubitu ſuſcipies
ſobolem?
Homerum ne ſuccubi filium?
Quas tibi faxit delitias;
qui d ſcruci tur apud inferos;
Vmbram coloratam amas,
o proſtibulum Dęmonis!
in imagine tibi titillat ſenſus,
& cenſes irritamenta,
Veneris,
Abiura, quod praue creditum eſt,
& tuum corpus, laruarum
vaginam, ab angue enſifero libera,
Quare, quæ ſe nuptum dederat
Dęmoni,
ſponsa promittitur,
Chriſto, ſub Petri auſpicio.

SO-

SOCIVS

Petri laborabat ſiti, ad mortem vſque, & Taurus emiſſus è ſylua ducit eos ad fontem limpidiſſimum.

ELOGIVM XVII.

Quid Petri comes laboras ſiti,
quid laboras anima?
ſub ſyrio tibi latrant viſcera;
& appetunt aquas:
Inſtar Tãtali refugos reuocas ore fluctus,
vbi aqua nulla eſt;
Si humeret tibi labrum ſtilla,
volatum ſiſteret animus.
vrit tibi ariditas gutur, & ſicca
lingua non prolabitur ad ſonos;
Humum corpore metiris exanimi;
dum animus tuus ſibi ſomniat
in aquis;
Telluri fixus, expatiaris
per flumina;
Quis tibi ſenſus Petre?
cauſam mortis tibi inſimulat ſocius;

& remedio non addis animum;
Supplicas cęlo,
& vobis mittit furentem Taurum,
qui vitam
ſocij terroribus extimulat foras;
Adduntur malis peiora malorum penſa;
hinc ſyrius
comitem percellit ſiti,
hinc Taurus æripes, dum vomit
naribus ignem, ardorem ingeminat
Iam vngula tibi agenti animam
ſepulcrum efficit,
& cornu triſte concinit.
vt Tibia tuis funeribus;
recipe diſſipatum animum.
O ſitis victima!
tibi hic Taurus pede excauabit fontem
inſtar Pęgaſi;
Solent Tauri ſub ſpeluncis
humida Archangeli templa
in ſiticuloſa appulia indicare.
Sydus aprilis hic armenti ductor,
ſi cornu ſpargit flores,
rores quoque effundet.
Non ne ſolens more ſuo
Taurus ſub Europa trauauit
Oceanum.
Quid ardorem caniculæ
ſub auſpicio Tauri
pertimes.

Digitized by Google

VIDETVR

Petrus medius inter Chriſtũ, & D. Franciſcum nudo capite ſub Ioue ningente perambulare:

ELOGIVM XVIII.

In niues dilaceratur cęlum,
& nudo capite te proripis!
Tanto cęli ardore concrematur
tuum cor: vt raſo capite
frigidum leuamen petas à niuibus:
Inſtar Imperatoris Hannibalis,
ſub diu, & ſub æſtu non occultas caput;
Laureatam vbique radijs geris comam:
Te petit mulier;
Cur ſub Ioue pluuio; cucullo
te non obſtruas!
Ad hæc prudens reſpondes;
coram tanto rege,
nudo ſtandum eſt vertice.
Quid tua ſibi velint reſponſa;
viſu mulier intelligit,
Dum vltro, citroque inter Chriſtum,

& Franciſcum neſcis conſiſtere.
Vna in te arguitur virtus;
dum auream ſequeris mediocritatem:
Maiori decoraris fato,
quam duo diſcipuli
poſt Chriſti necem errantes;
iſti medium cingebant numen:
Tu tibi lateronem Deum, & hominem.
Age, Petre, ſuſpende gradus tuos,
vterque comes ſublimis ſanctitate
procedit.
Age, Petre, ſubſeca in partes tuum cor,
maior tradatur Chriſto;
Franciſco minor;
& in vtrumque tuum diſtrahas animum;
Dum cum Criſto colloqueris,
non ſubſtrahas à Franciſco oculos;
Vni largiaris ora, alteri lumina;
Nimio amore reus ne es,
& more vinctorum te traducunt medium
ad Paradiſi libertatem.

DVM

Digitized by Google

DVM PFTRVS

Accerſitur ad conuiuium ,
oratum ibat in cubiculum,
vbi à detractoribus ſuis
ſpectatur altus, ra-
dijſque vndiq;cir-
cum ſep-
ptus

ELOGIVM XIX.

Dum conuiuia frequentas ; tuum corpus
ſe prębet inuidiæ
pabulum .
Detrahunt tibi momi ;
tamquam ciborum Helluoni ;
tu nullã alis famem ,
niſi amoris ;
Antequam adeas menſam ,
in cubiculo Deum quæritas ;

& cibo Paradiſi te reficis.
Te penitiſſimum addis precibus,
& ante dapes
ſublimem te rapiunt ieiunia;
Ingluuiem relaxa tuam,
conuiuium lucis tibi celebrat
Deus
Cerneris à momis medijs
diſcumbere in aſtris;
& cęnare in Apolline;
Nec magis te ventrem obiurgant,
ſed prædicant Angelum.
Mendaci neu credite famæ,
experimur Angelos,
quos male opinamur
Dęmones.

PE-

PETRVS

Prog reditur abſorptus in le-
ctione libri ſacri, dumque
putat viam eſſe conti-
nentem terram; ne-
ſcius ſicco pede
tranſit per
Maximum fluuium.

ELOGIVM XX.

Tanta occulorum vi penetras
ſacrum librum, vt pedibus
viſu non conſulas;
Vt ſolidam tellurem premis, fluuium,
nec incubas periculo;
Alteram ſalutas ripam.
& aquarum neſcia planta
ſe excuſat cum oculis.
Oculi referunt pericula plantis;
dum debebant pedes
certiores facere oculos:
Quid

Digitized by Google

Quid animum tuum turbant,
ò Petre, membra tua;
In culpa eſt amor,
qui te efficit cæcum;
in cauſa eſt liber;
qui tuos vorauit oculos.
Deficiebat tibi enſis, & enataſſes,
vt Cęſar;
Non poteras allidi in breuia,
dum nauticam oculis
verſabas paginam;
Non ſenſere pedes aquam;
dum obicem inuenerant
in paginis.
O vtinam Petre,
oculatas habuiſſas manus.
ne in charybdi laborarent
pedes.

ADEO

Digitized by Google

ADEO'

Sucenditur amore Diuino, vt ſe proijciat in lacum glacialem.

ELOGIVM XXI.

Aduerſus mores hominum;
dum glacies obſtinauit frigora,
non large imponis ligna foco,
nec depromis cęcubum;
Sed te exturbas in lacum frigidum;
Tanta ne flamma corripit
tibi cor,
vt niſi miteſcat ardor ab aquis
afflatus fulmine caderes?
Compoſuit tibi viſcera fomes;
& cęcum ſupprimis ignem?
In ſanguine tuo temperauit amor
ſagittas calentes;
& tantum tibi reliquit incendij?
Elementum ignis,
quod tuo pugnat in corpore,
grandiuit flamam ſuam;
& cætera vitæ principia eliminauit
foras,

Quæ-

Digitized by Google

Quænam Phænissa volucris in ſuo corde
tibi ſtruxit pyram ,
tàm validè ſuccenderis ;
Exhausiſti cum Eudoxo ab ſole radios ,
& inſtar lebetis cardentis tibi vndat cor .
Totus rubeſcis , vt purpura ,
incales vt corallium ,
& quæris innare in vndis ?
Arbitraris,ab aqua emolliri incendiũ ,
& attactu tuo,vt Baianæ fumant lacunæ ,
Trahis reſpiramina .
vtmagis adoleſcat ignis ;
Te exaturas aquis,inſtar hydropis:
ſed fortiter renouatur ſitis .
Flamma tua è Cęlo lapſa eſt;
eſto, perferas ardorem,blandius vrit,
nec abſumit viſcera,
Extinxit amor faces ſuas ,
vt eas iterum accendat ,
è tuis oculis ſcintillas elicit ;
Non ſe iactent fabulæ de Ætnæis incendijs
habet etiam chriſtia na fides
Encelados ſuos ,
qui ignem ſacrum euomant .

Digitized by Google

E MORTE

Puerum reuocat ad vitam.

ELOGIVM XXII.

O trophęa mortis vitrea,
quam citò ſanctorum ſuſpirijs
effringuntur;
O iacula mortis ſcilicet adamantina,
itane vos hebetant lacrymæ;
O obſtinatam falcem;
ita exęſos rubigine conquereris
dendes tuos.
Proijce Glotho in Ignem colos tuas,
et tuis crinibus inuolue fuſos;
iam imitantur vellera capilli.
Quorſum Atropos tendis forfices;
iam è digitis tuis
remiſſis cecidere, nec oportet
truncare ſtamina
ſi à Petro iunguntur fila, et percurrunt
ſęcula ſua.
Petrus in morem Eliſæi incubat puero,
et intermortua ora
verberans ſuſpirijs,
vitæ ſcintillas ſuſcitat in fomite
corporis;
Paulatim labra rubent,
et conceptum reflant animum;
Senſim oculi ſuſtullunt ſæpes ſuas;
et

et flos vitæ exerit comas ;
ſuffunditur pedetentim .
color per membra ,
et iacens pictura mouetur ;
Forma animi exuſcitat pectora ,
iam iam anhela ,
et cor mobiliter palpitat ,
e trepidat iecur ;
Rigor membrorum flectitur ,
et impetu puer ſe releuat e feretro
quod autumat Thalamum ;
Componis, *Petre*, manibuſque manus ,
atque oribus ora ;
Non ad Metentij tormentum ,
ſed ad vitæ fomentum .
Lacrymas quoque fundit ſuas ,
et ſui ſpiraminis æſtu percalet puer ,
et intumet .
Et ad vitam humoris,
et caloris concordia diſcors concurrit.
Eia age mors ,
artibus tuis locus non eſt ;
tuæ enim prædæ ab *Acherunte* redeunt ;
et inania ſepulcra oſcitant;
Petri vi ,
ac poteſtate redunt oſſa
ad compages ſuas ,
et cinis ad normam corporis ;
Tuis triumphis ,
Petre , mors in arcum falcem
repandit ;
Tuque puer vita noua alacris ,
impende in melius vires ;
quas immerito exigis;

Voſque

Voſque parentes ad nouam vitam,
vos, et delitiam veſtram
conferte.
Dum ſine puerperio recens
puer vobis denuo
naſcitur.
Nec naſcitur infans;
nec indiget Amalthæis nutricibus;
e miraculorum
vtero ſeptemnis naſcitur;
Prodit ad lucem;
nec cingitur faſcijs;
nec infantaria mater laborauit
ex partu,
Naſcitur, et loquitur,
deſerit parentes ſuos, ad
Petrum feſtinat,
et hunc ſalutat
Patrem.



Digitized by Google

VIX

Attingit Petrus vrbẽ Auilæ, & improuiſus enituit cometes.

ELOGIVM XXIII.

Quod inſignia lucis minantia
in cometis effundis Cœlum?
num Petri aduentus arguit funera
et heces in inferos?
An quia ſanctitatis miraculum noſtro
errat in ſolo;
et certatim alterum prodigium luminis
explicas in aere?
Petrus, imago Chriſti, veſtris
in terris nata eſt, et ſtella recens
vos ſollicitat;
vt eoos reges ad eius cultum;
Cometa; vt horologium Cęli, alterum,
ſolis humani curſum
vobis indicat;
Non nuntiat iram numinis;
ſed tranquilitatem cordibus;
quia alacri luce coruſcat;
Quid agunt populi,
curioſum omittunt planetam,
ad Petri
radios voluunt oculos,

Hæc

Hæc ſtella Petri ſocia eſt,
eius interuentu palam eſt,
eius abitu euaneſcit.
Indicem lucem prætulit cęlum,
vt Petri ſanctitas nō deliteat:
ſub hoc fatalì ſydere elucubrandum
eſt religioni;
Abdite Petrum in adytis:
Rota illa flammarum conuehet nouum
Eliam in cęlum.
Tuque cometa; vt minor ſtella,
cur ante noſtri ſolis radios
euanìda non recedis?
Iam ſi pyramidem acuis;
contumulas eumenides;
Non operæ eſt, in trabem tuum
producere lumen;
ſemper cor Petri ante Deum
in ſuſpendio eſt;
Quid in caudā protendis radios,
& calce teris oculos;
Iam à tuo lumine auerſi,
Petro conuertimus inconniuè
corda, et oculos,

DVM

DVM PETRVS

Faciebat ſacrum in campo
apertiſſimo, furit Cœlum
procellis, nec officit
candelis, neque aræ;
nec illis, qui ſa-
crificio intere-
rant.

ELOGIVM XXIV.

Sacrificabit Petrus, templa relinquuntur,
non capiunt pupulum
anguſtæ domus: ara ſtatuatur in campo;
Et ſub tentorijs hic ſacerdos
moueat Cœlo bellum amoris;
Iam faciebat Petrus.
& ſuis precibus cęlum reſpondet tonitru,
tempeſtatis nuncio;
Fulgura trementi luce micant,
quia horrtore futurę tempeſtatis
quo-

Digitized by Google

quoque palpitant lumina Cęli.
Refugit Sol, & nubila, intempeſtiua
nocte inuoluunt Cœlum,
Plangitur aer à ventis
in aduerſum propugnantibus,
& dum egregie vapulat;
collacrimatur imbribus,
Aquilones ſcindunt ſinus nubium,
& frigidũ ſanguinem glomerant
in grandines, vt feriant capita;
Fulmina obliqua ſerpunt in aere,
& ſcribunt Cęlum litteris
ſibilantibus:
Iam, iam minatur ruinam olympus,
& penè in chaos
antiquum reuertitur orbis:
Depone ſacrum Petre,
ne deponas vitam;
irati tibi ſunt lemures
& commouent cœlum;
Incæptum nihilominus peragit opus,
nec audent procellæ
inceſtare ſacrificium.
Funduntur imbres validi,
nec madent ſpectantium capita;
vbi non intereſt populus,
ibi percrebreſcunt turbines;
Et dum circumagitur
verecunda procella
Coronat populum,
et victimam.
Glandes Cęli frigentis,
longius abeunt à Populo;
& conuertunt ſyluis

ca-

calamitates ſuas;
Non exprobant faces altaris Boreæ;
nec conuicijs
ventorum expirant extincti cerei;
Per totum populi,
& ſacrificij circum hæret tempeſtas
in ſuſpendio;
& à feruoribus Petri intra ſpatium
exiccantur imbres;
Liquat ſegetem niuis ſuis ſuſpirijs,
ponit ventorum furias intuitu
et diſſipat fulgura;
Suis precibus cœli
boatum intercludit;
Et vocat fulmina,
vt ſe ſufficiant in faces,
et ſeruiant aris;
Diſce Lector inſidijs Dęmonum obſiſtere
conſtantia.

PE-

PETRVS

Iter faciens incidit in noctem
procelloſam ; & nix , quæ
tribus vlnis coaluerat ,
vbi ſiſtebat Petrus
aruit , & illi
fabricat
Glacialem caſam .

ELOGIVM XXV.

Fama eſt, ſcythas ſecare vina ſecuribus ;
quaſi fatum etiam illic
Baccho contingat, ferrea fulmina
perpeti & vinum vbique :
cruentari ;
Vites ſub falce gemunt ,
racemi ſub cultro cadunt ;
vuæ ſub calcibus vinitorum
euiſcerantur ;
Et vinum , duratum frigore ,
a bipenni in membra diſcerpitur

& modeſtia ſua impunè colaphis
afflìgitur ;
Petrus : vt hiſpanus ſcytha ;
ſemper incurſat niues ;
& à periculo frigoris non abſcondit
caput :
Vbi ſiſtit noctu iter ,
inde nix alta recedit ;
non poteſt non cedere tuæ innocentiæ ,
et flamminata nix rubore
non colliqueſcere ;
Aridum ſupereſt ſolum ,
vbi Petrus expatiatur ;
ancillatur tellus
ſuis pedibus ; & niuis ſordes eliminat ,
Pes tuus inſtar oedipodis ambages
illas frigoris ſoluit.
Nix abit in artificem :
concreſcit in moenia ;
repanditur in conuexa ,
et domum calidiſſimam tibi condit.
Aduerſoque ſibi ingenio tutatur
à frigore Petrum , et ſoſpitē ſeruat ,
dum ſepelit ;
Quis texuit moenia illa, ne ſoluantur,
à ſuis ſuſpirijs ?
quis obſirmauit tectum,
ne à tuis oculorum radijs
fugeret in aquas ?
Dormis ſub Tugurio niuis ;
nouus religionis Paſtor ;
Penſiles aquarum muros miraris ;
vt Moyſes , et ſicco pède conſiſtis ;
Vnda criſtallina ſuſtinet caſum ſuum;
ne

ne tuum lædat caput ;
Caue Petre ; ne te conrrahas in preces ;
& tuis feruoribus euaneſcat
ædificium ;
nondum tuum corpus emortuum eſt ,
& criſtallino cuſtoditur ſepulcro ;
Admirationem tuæ innocentiæ,
tibi cęlum contignauit caſam
Ne formides , Petre ,
tuo capiti vitream ruinam ;
Dei labores sunt ;
cuſtodiam in igne præbuere
Pueris , et tibi in Hoſpitio niuis .
obdenſa in globos niuem illam ,
et appetas frontem mortis;
Excide niuis marmora , diuini amoris
ſagitta;
Et diuinæ prouidentiæ inſcribe
epigraphen :
Et tuæ litterę , aduerſæ moribus
hominum legantur candidæ:
Atramentum tuis non conuenit
manibus ,

Digitized by Google

PETRVS

Vt ſuccurrat neceſſitati cuiuſdam pænitentis in duobus ſe duplicat locis.

ELOGIVM XXVI.

Abſurdæ non mentiuntur fabulæ,
in hiſpania affuiſſe Geryones,
qui plura in vno cogerent
corpora;
Quando vnicè vnus Petrus
duobus ſe geminat in locis;
Speculum Sanctitatis Petrus eſt;
ſe ſeque duplicat intuitu.
An nouus hic Angelus
plura continet terrarum
ſpatia?
Fare quæſo nobilis mulier,
qui tua peccata hic excepit,
eſt ne Petrus, an vmbra Petri?
Non poteſt eſſe Petrus;
dum moras agit Mantuæ;
non poteſt eſſe vmbra Petri;

Quia

Quia vmbra non ſentit, nec præbet aures;
nec loquitur;
Nec eò longius à corpore
vagatur;
Quid enim eſt; Petrum eſſe putas?
ergo duplicem arguis;
et ita improbas ſimplicitatem ſuam;
Eſt ne animus Petri,
qui peregre à corpore tecum
confabulatur.
Ergo corpus Petri, Mantuæ
exanime eſt;
Sed animus non habet vſum loquelæ;
niſi per organa corporis;
Ergo, qui tecum colloquitur;
ſi videtur animus, non eſt;
Non reliquit ſuum corpus,
et aliud aſſumpſit;
quia in alio corpore animus
Petri inficeretur ſordibus;
Cuinam confiteris? Petro etiam;
ſed te increpant Philoſophi;
dum negant, geminari corpus
quando non duplicatur locus;
Linque Philoſophos;
conſule Theologos; vi diuina fretum
corpus vtrobique commoratur.

Digitized by Google

PETRVS

Plantat humi baculum ſuum, & illicò prorumpit in arborem ficorum.

ELOGIVM XXVII.

O ligones; quid excolitis tellurem,
vt fæcunditate luxuriet;
ſubtrahite acies veſtras:
et otium rubiginis abeat in purpuram.
Non ſubigantur aratris noualia,
et vomeres edentuli
non mordeant tellurem.
Noua arte proſcindanturi iugera;
non ſponte veniunt ārbores;
nec induſtria naturæ pendent poma;
Miraculum Petri agricola eſt;
conſeritur baculus;
ſuæ ſenectutis leuamen;
Et actutum coronatur frondibus,
ramis, et fructibus;
Planta inſuetum miratur autumnum,
et

et ramus ille, olim inanis;
ſtupet diuitijs ſuis;
et non ſuis pomis;
Expers corticis virga, conuoluitur
libris, et ſtudet promere fructus
ſudes illa, proxima igni,
Tanta arebat ſiti: vt infoſsa telluri,
quæreret aquas;
Contus ille Syluestris,
laſſus ab erroribus Petri,
ancupandi otij gratia
ſedet fixus humi.
Sed ab otio ſuo ſibi frondes elaborat;
O Petre? veræ religionis Minerua;
quis te docuit haſtam ſyluarum
non conuertere in oliuam;
quia luce non indiges.
Sed in præcocem ficum;
vt ſuauitatem tuorum morum
exprimat planta in fructibus.
Deus malè vertit fico illi,
quæ ante oculos ſuos non ſe
compſit fructibus;
Debebat arbor ſuum ſentire Dominum;
et ſui numinis obſonare inediæ.
Tuæ plantæ, o *Petre*,
bene vertit Deus;
Dum per idem temporis excolitur,
frondet, et parturit arbor,
Non immadeſcit ſemine; et edit fœtus
ſuos, omnis cultus abeſt,
et adſunt rami cum frondibus;
Si rumpitur tenuis ramus,
lacte ſtillat ficus.

Digitized by Google

et arbor iuuenis eſt.
Non nouit anni tempeſtates;
ſub hyeme ſeritur;
ſub hyeme crinitur;
Autumnat ſub niuibus,
et conqueritur cum natura
ficus; dum non poteſt ſub niue
promere flores;
Vi diuina Moyſis agebat in anguem
virgam ſuam;
vnde anguis dicitur virga veneni;
Petrus in ficum permutat
Virgam ſuam:
et ſcatet ambroſiis.
Si Adamus, ex tuæ fici frondibus
ſibi contexuiſſet fæmoralia,
Diuinum non fugiſſet aſpectum;
Si ex tua arbore concerpſiſſet poma Eua;
non deplorabunda
ex Paradiſo Peruagaret foras;
tuæ ficus non ſunt obnoxiæ ægrotis;
ſed ex illarum tactibus exigunt
ſubitam ſalutem;
Non amplius legant herbas
Pharmacopolæ, vt eluant corpora malis.
Dum in tuis ficis natura Epidaurij
condidit artem; opemque cęli,
& omnibus medetur malis;
O noſtrorum temporum nequitia;
non ſolum ſub cenſu numerantur
hominum capita,
ſed etiam arbores ſubduntur
Vectigalibus;
quando D. Petri ficus Reginæ
Hiſpa-

Hiſpaniarum ſtipendiaria eſt;
Et annuum tributum fructuum
in calatho exhibet in pietatis obſequium;
Sed hæc ſeruitus, o Arbor;
tibi loco coronæ ceſſit;
vagaris per manus
Regias, et per ora Regum;
et pluris ducunt tua poma;
quam coralliorum fructus;
et concharum lilia.
Ex tuis truncis detornant ſibi pocula,
vt ſalubrius potarent;
Tua planta vices gerit fontis
Manduriæ; dum neque increſcit, neque
minuitur;
Fatum Cumeę ſibi vindicas ſylue
dum vno auulſo non deficit alter
Aureus, et ſimili frondeſcit Virga
metallo;
Vbique locorum in hiſpania
ſupprimuntur humi tuæ Arboris rami:
Reſpondet tellus colono,
ſed ſapor diſſentit à fructibus.
Et hanc notam iuſſit tuę plantę numen,
vt non conueniant fructus;
Si coloni diſcrepant;
Solummodò in hortu Vrbis Arenæ,
vegetatur tuæ plantæ non
inelegans
Pictura, quia, hæc tuo nomine
poſita eſt.
Vtraque eadem miraculum pollet
poteſtate; in vtraque enim tuæ virtutis
viget ſuccus, et alimentum;

Digitized by Google

O felix, fauſtaque arbos,
non humano fonte ſed cœli rore
vbique intepeſcit
Tuas ficus roſtro non exedunt Aues,
ſeruantur tua poma regibus;
Non ventus edax decutiet tibi fructus,
quia vt Palladem, vix natam,
et maturam colligunt;
tuam meſſem Imperatores.
Sol tibi vbique innocuus incubat,
tuoſque odore, e nectare
imbuit tactus.
Tuis ramis decuſſant cruces Populi,
et perdidicit
ex tuis humeris planta illa ferre
patibulum.
In tuo baculo, nondum arbore,
clauus erat fixus,
et planta, iam arbos ſeruat in medullis
ſpiculum ferreum.
nec virtus vegeta plantæ excludit
calybis acumen;
nec ærugine conteritur.
Seruatur clauus ille tuis aris,
vt ob innumera Ficorum miracula
tibi votiuæ
pendeant tabellæ.

PE-

PETRVS

Ita extenuat ſe ieiunijs, vt eius pedes, ac manus videantur D. Thereſæ arborum radices.

ELOGIVM XXVIII.

Prudenter arbitraris Thereſa,
pedes, et manus Petri videri
arborum radices:
Quando ex cuiuſdam Philoſophi
ſententia homo, inuerſa
arbor eſt.
Cur aſſimilas radicibus inanibus,
ſi nunquam planta Petri
coaluit humi;
Verſauit in tellure, vt humilis
manus ſuas, et pedes,
et radices non immeritò compellas;
An quemadmodum ex radicibus
rubris exugunt colorem purpuræ;

Ita ex manibus Petri purpuriſſum
ſuum Verecundia?
Deſine mirari in Petro
miraculorum fructus; dum
cenſes radices arborum manus.
Non obſtupeſcas, cur tot ęgris ſalutem
exhibuit, tot cęcis lucem,
ſi radices medica pollent ope.
Radices exanimes putas,
nec tamen exanimes ſunt pedes;
ergo putas, ſanguinem non eſſe partem
animæ?
Diſcite Veneres, et Calamiſtrati
Cupidines, non tam ſedulò excolere
manus, et perſtringere pedes;
ſunt radices
tumulandæ ſolo.

DVM PETRVS

Thereſæ conuiuio accumbit Chriſtus in ſpecimen elegantis iuuenis bolos in ora ingerit.

ELOGIVM XXIX.

Etiam nunc infantem te prædicat
lactea innocentia ;
Dum nutricius tibi aſſidet Deus in
conuiuiis ;
Reſpuis opiperas, epulas, et è iure tantū
ſugis vbera tua ;
Miror Petre; cur ora admoues tuo alūno
vt manſum exigas, ſi tibi Gingiuæ
extuberant ;

Arent

Arent tibi labra ,
et Poculum à Pyncerna Criſto
exhauris ;
Et quæ tibi imperat ,
obſequio quoque manus
ſebeſt ;
Mantili tibi abſtergit ora ,
et ex promiſſo ſuo
tibi,non in cęlis ſolum ;
Sed in terris etiam miniſtrat
Deus .



IM-

IMPETRAT

Sub Ariditate pluuiã oppor-
tunam,

ELOGIVM XX.

Tellus caloris febri correpta,
ſignificabat ſitim, dum poſcebat
aquas.
Scindebat terra veſtem ſuam,
et per imas illas
vota arida emittebat in cęlum,
Tantus erat puluis,
vt homines peruagarent in Nebulis;
nec immadeſcerent,
Herbæ impallebant vndique folijs,
et linguis aridis
pluuio ſupplicabant Ioui.
Arbores nec motabant cacumina,
quia nullo frigebant à Zephyro,
et dum frondium ſibi
excutiebunt crines,
ſuorum fructuum dolebant vices.
Nulla nubes ſpem aquarum
ſuſpendebat in aere,
et ſerena cęli

tran-

Digitized by Google

tranquillitas, in ſyrtes vrgebat
colonos.
Flumina ab æſtu arida,
tanquam ęgra,
non poterant ex alueo ſuo,
tanquam ex lecto emittere pedes;
Fontes non rorabant more ſuo;
ſed arebant, vt pumices;
et gutta non fluebat;
ſed vix nata ſupprimebatur
ab æſtu.
Segetes priuſquam ſurgerent
in ſpicas,
impallebant, vt paleæ:
Vix nata moriebatur Ephymera Ceres,
et ex caſu ſuo
naſcebatur lactea fames;
quæ licet infans,
vt Hercules ſtrangulabat homines.
Aheneum erat cœlum,
vt Taurus Perylli: nec boabat,
niſi ſuſpiriis hominum.
Aderat Petrus auxilio:
eiuſque lacrymis,
reſpondet Cęlum pluuijs
eiuſque ſuſpiriis reſpondet,
tonitru.
Deſinit eſſe ſudum cœlum,
dum vndique ſudat aquis:
Læta exultat tellus,
dum in guttis excipit monilia
gemmarum:
Inſtauratur natura,
et pulcrior enitet:
dum

dum ſuam lauit faciem ;
Fames, quę ariditate nutritur,
pluuijs contuſa perit :
O Petre, o nouus Elia :
tua lingua : tamquam claui aurea,
quam benè aperis aquarum Syphones :
haſce per aquas feliciter tuæ
ſanctitatis nauigabit fama ;
O prudentem cęli præconem:
prius eluiſti crimina lacrymis,
deinde terram aquis.
Felicis annonæ, tibi debitor eſt
populus ; ſed hoc te non iuuat ;
qua licet abundet Ceres,
ſemper tua ieiunia
macilenta ſqualebunt.

MVLIER

Quæ laborabat ex partu, Petri cingulum tangens ſtatim liberatur.

ELOGIVM XXXI.

Non iactet Plinius ſua Pharmaca:
parturientes ſcilicet ſubſtratas folijs
celerius parere;
Forſan quia folia ſoluunt
vterum;
Maximis nixibus mulier non poteſt
reddere fætum:
Non iuuant Lucinæ
numina;
Non obſtretricis proſunt
ſtratagemmata:
inteſtina lupi adhibent;

nec

Digitized by Google

nee talibus vinculis relaxatur vterus
Vacuo ſec tho interccludunt
reſpiramen infantariæ;
vt partum abigat:
Nec vi induſtriæ extruditur foras;
Zona Petri præſto eſt;
et infans trahitur
ex puteo ſuo:
Vix tangitur nodus cinguli,
et expeditur aluus;
Parce mirari! Lector,
Si tantum eſt ſubitis caſibus
igenium;

DE

Digitized by Google

DE
Puritate Petri.
ELOGIVM XXXII.

Vę nobis miſeris mortalibus;
ex ſemine maculoſo naſcimur improbi;
et niſi aqua fluminea noſtra
crimina tolleret:
peiores eſſemus pueri,
quam infantes.
Hæc puritas, amica Deo;
ex aquis ſacris exiliuit in Petrum;
Et licet hæc virtus eſſet vitrea,
quia a nemine tacta eſt;
promicuit infragilis:
Verumtamen, quia humanitus
non poſſumus Angelorum tenere locum,
et ordinem:
ſub Virginis, et Baptiſtæ
Tutela collegit Petrus
ſenſus ſuos;
Cōmercium fęminarum exoſus eſt;
puritas enim nobis
ex luſtralibus aquis comparata
abhorret à Venere.

Non

Digitized by Google

Non dum ſeptennis ſetigeris pannis
obſtrinxit corpora,
et ſegetem virgarum ſe fecit;
vt calamitatem inferret luxuriæ:
Laſciuiæ fuci à ſuæ verecundiæ
roſis concidebant;
ſi fortè incurrebat in fœminas;
vexilla pudoris indicabat in genis;
Vt bellum ſibi indictum
præſentirent fœminę, et fugerent;
Copia ſanguinis,
quæ èxundabat ab humeris,
obruebat luxuriam:
Cum ſenſus commouebat
ſanguinem;
in Glaciale ſtagnum ſe emittebat;
et ardorem mulctabat aquis.
Cruſtæ illæ Glaciales:
vt alteri Herodiadi, ſubſecabant
caput Cupidini;
Gula tenus ſe tumulabat Glacie,
et penè moriebatur
in aquis;
dummodò ſoſpes non eſſet Venus:
Curat in hoc lethæo Gurgite
obliuia ſuadere ſenſibus;
comparat ſibi ab vndis Clypeum;
Vt tanquam Achilles
retundat Iacula amoris;
cum vicatim petebat obſonia;
Non videbat manus donatorum,
ſentiebat tantum munera;
Si Præuideret Religioſum
ſuum Inſpicere fęminas;

præ-

prætendebat manum oculis:
& corrigebat intuitus.
Præbebat oculis manum;
vt exhiberent iuramentum pudicitiæ;
Contingebat manu oculos;
an calerent febri Veneris;
Tantum perſequebatur impudicitiam;
vt iam iam
Religioſo illi erueret digitis oculos;
Imponebat manus fronti,
vt confirmaret in-
pugna Chriſti
Balſamo diuino.

DE
Humilitate Petri.
ELOGIVM XXXIII.

Qui ſe ſubmiſſo animo repercutit humi;
ceu pila reſultat in altum;
Tunc ędificium tangit aſtra:
cum fundamina eunt vſque ad manes;
Nullum miramur maximum
ſanctitate;
niſi minimo ſe habuerit loco;
Hæc virtus gemella Petri nata eſt,
et cum Petro iacet in tumulo.
Vilibus cænobij officijs vbiq; fungebatur;
Domum alienabat à ſordibus,
et ſuum cor.
In aula ciborum locabat operas ſuas,
detergens Ollas; & ſuum cor ebulliebat
amore in illis:
Adeo ſtrictim abſtergebat lebetes:
Vt æris rubor detectus,
ſua confunderetur virtute.
Plauſus hominum audiebat;
non ſentiebat,
quia ſe putabat, vt marmor inſenſile:
Thura Sacerdotum,
et laudes populi marmori, quid proſunt?

Fa-

Fabricis cęnobij ſua non deficit manus
nec humerus ; dum vehebat ,
& porrigebat ſaxa artifici :
Ferebat veſtem Maculoſam ;
vt beneolebat ; varia veterum ſpoliorum
præſegmina integrabat:
in tunicas ſuas ;
vt ludibrio afforet populis ,
centonė paupertatis ;
In aulis optumatum abſtinebat
à ſubſellijs ſericis :
ſedebat humi , et videbatur maior :
Aſſurge Petre, ſubleua
tuum corpus , deprime cor :
aſſideas ſolio , vt leges præbeas populis .
A confeſſionibus Caroli Quinti
eſſe Petrus noluit .
vt ſe ſubijciat omnium poteſtati ;
Pater Imperatoris eſſe recuſat .
Nam qui excipit Principum
ſpecioſa crimina, vel illis
debet morem gerere,
vel confeſſionis munus omittere .

DE

DE
Paupertate Petri.

ELOGIVM XXXIV.

Procede mecum, Petre, aſpice palatia regum, & caſam tuam;
Illa non capiunt crimina:
hæc omnes concipit virtutes;
Illic ſerico indormit Thalamo
purpurata luxuria:
Hic in Straminea tegete
dormitat pudicitia:
Illic picturæ Paſiphaes habitant
cum Tauris:
Hic icuncula Virginis
commoratur cum ſanctis;
faſtigia, ſunt magnetes
fulminum; Tuguria ſunt
pacis hoſpitia;
Illic habitant coronatæ belluæ:
hic nudus
homo immoritur.
Illic ſcrinia tument gemmis,
hic locus arcæ non eſt,
quæ tuum ſeruet habitum:

D sed

Digitized by Google

Sed habitus eſt perpetua
Arca tui corporis ;
Quinam locus tuæ caſæ tibi monſtrat ,
Petre , calceos ?
Nullus , quia nudo pede
terram premis :
Quid agis , ſi ſordibus
ſqualet tunica ?
dum elucitur , nudus aſſides :
Quæ nam poſeſſio
tibi maturat dominium ?
Potiris nihilo ?
Circumfers habitum ;
vt corpus; poſt mortem relicturus
omnia telluri , animum
cælo .

DE

DE

Pænitentijs Petri.

ELOGIVM XXXV.

Stupent pœnæ in corpore Petri;
dum nullas culpas eradicant:
Perduellis inferis;
capitis pœna plectitur: dum
vbique gerit frontem fiſſilem,& verticem
notatam cicatricibus:
Cur iſtas notas vulnerum in fronte prodis?
num,quia tuæ domus tectum
& limen ſuperum oſtij;
adeo ſubmiſſa ſunt; vt diſtractus animo
ſemper in illa caput obiectes;
Tuis manibus ſundaſti tibi
domunculã;
nunc quæris euertere capitis
impulſu,
Humilem te iactas; & ſuperbo
incedis capite;
cum abis intro domum
deiice caput tuum.
& vertex reſpondeat oculis;
Tuam dedecet prudentiam

 ſa-

ſano non eſſe capite;
dum vixit, nunquam
cooperuit caput; & ſub niue
rigebant capilli in ſtyrias.
Quaſi haberet vertex imbrices ſuos.
Pendulus retro cucullus ſaturabat
famem laneam niuibus;
& aqua extillans,
flagrorum vulnera
refricabat in humeris:
Quis te monuit Petre, non
tegere ſub niue crines?
Quæris inſtaurare tuo capiti
pœnas montium!
an pręter ætatem cupis eſſe ſenex:
dum canitiem cęli tuis
procuras crinibus.
Nunquam feruebit tui cordis olla;
niſi cooperculum
tuo obducas vertici.
Concaua lana obtura tuum caput,
vt mens tranquillius
ſoporetur in precibus;
Penè concluſis iter agebat oculis;
& pedes irruebant
in ſpinas: & æſtimabat
vulnera, roſas.
Tantum pertimeſcis oculos,
Petre, vt ſemper carcere frenes?
Arbitraris; oculos, eſſe gemmas
fronti: & à rapina auellis:
Cur molem iſtam condidit Deus;
niſi, vt oculi ſe oblectarent
in illa?

Con trahe palpebras tuas
& cōſpice ſaltem Cælum,
ſidera, templa, Deum
Sed cur putas, eſſe roſas
vulnera, dum caſitas in ſpinas:
Vulnera male olent:
Bene olent, & roſæ.
Arbitraris, eſſe roſas,
quia plagis, tanquam
floribus coronatur Deus;
An putas eſſe roſas, quia iſtę
ſolent purpuraſcere
ſanguine;
Sed ſi plagas, putas, eſſe roſas,
cur tam ſiccus es;
vt non irriges lachrymis.
Plorant ſanguine tibi pedes:
rident oculi: ex pumice tibi
detornauit Natura oculos:
dum tam obſtinate areſcunt.
Conquereris aliorum vices,
tibi gratularis de tuo vulnere:
Cur nudus incedis, niſi,
vt videris pauper:
ſed dum premis tui ſanguinis
purpuras: calcas faſtum tuum:
Paupertatis votum nuncupas,
& tuo ſanguine donas
pretium lapillis:
dum enitent in pyropos,
Obſtringe faſcijs vulnera pedum:
pudicus es,
nec oportet imitari Venerem:
Pedes tui putantur radices arborum,

& purpureum exprimunt ſuccum.
An miles Paradiſi oſtendis
Chriſto plagas, vt te emeritum
dimittat à Caſtris:
Ergo otio caperis,
dum caſtra fugis: ò felices
fauſtoſque pedes:
iam calcabitis palmas Regum:
Et per coronas regnatorum
iter habebitis.
Subnixa pede tuo: ſi fortè implumis
erit fama,
peruagabit Orbem
& tuas prædicabit laudes:
Et ſi fortè deficiant ora,
comperiet illa in tuis plagis,
Triennio Petrus lapillum lingua
obtriuit ſua: vt Agathonis
more à lapidibus addiſceret
ſilentium.
Cur, vt taceas ſaxum mandis,
ſi à coticula illa exacuitur lingua,
an vt expeditius loquaris more
Demoſtenis?
An, quia lapis Chriſtus eſt,
& cum Chriſto tantum tua
lingua colloquitur.
An congeris lapides ſub lingua:
vt muro occludas ianuam
loquelæ?
Sed ſi ſaxorum ſera labra
obſtruis, vndè effundes
ſpiramina?
Eijce lapillum, & vacent

in

in preces ora: calculum tenes;
& viuis? poijce, ne pereas;
ſcrupulum inicis linguæ,
ne loquatur.
Sed cur Deus tibi condidit ora.
Non, vt ſileas: quia fruſtra
tibi compoſuiſſet libra;
Erue tibi paruulum ſaxum,
ne videaris loqui lapides;
Tortilibus cordis,
non ſine nodis tibi texuiſti
Thoracem pænæ; Cithara Dei
tuum pectus eſt, dum cordarum
copia implicas;
Cordę tenuantur ex pellibus,
& textus cordis ſimulas
imaginem Agni;
An tuis Humeris, ſtylo ferreo
conſcriptis cordarum regulam
ad hibes? In morem
ſacculi, ex lana intus aculeata
vicenos annos veſtem
pertulit, neque illam vnquam
exuit; niſi, vt flagris
locum cederet;
Quis te docuit Petre,
ex lana fingere acus quę
materiam ducunt ex Calybe?
Senatorem te facis;
dum clauatam geris veſtem;
Neque hoc tibi
inſimulatur ambitus.
Tanto nectare madet
ex vulneribus tuum cor:

Digitized by Google

vt tibi hæreant aculei,
An ita laceros iactas ex plagis humeros,
vt conſarcinare petas acubus?
Sed cur nunquam exuis veſtem:
times intemperia Frigoris?
ergo concupis, mollitiem;
Veſtis illa, tormentum texile eſt,
et cum tormentis cupis
conuiuere,
& cum tormentis mori.
Sed cur enudas humeros,
vt te facias
Flagrorum, colonum.
Si veſtis aſſiduè te cruci
quid plura tormenta expetis?
intumet tibi ſanguis,
ex contactu habitu, ruuido;
Et ne tabem maturet ſanguis,
per vulcera
flagrorum dirimis foras;
ne tibi officiat lues;
Et hoc non eſſet te perdere;
ſed in cauſam medelæ flagris
te corripere?
Cum lauas tunicam tuam,
quod tegumen
tibi protegit corpus?
Benè conſulunt tibi frigora,
dum texunt te niuibus;
Poſtmodò humidam retorques
manibus veſtem;
nec ſiccas ad ſolem, ſed vdam
Itidem induis;
Cur parcis exponere ſoli tunicam tuam
an

an quia illam corrugaret calor
& tuis Humeris coiret aſperius ;
Ergo te blandius curas ;
et mollem ex aqua tibi inducis
habitum ;
Quadraginta ſeptem annos
ſęuyt in humeros loris ;
ſub counubia nocte ;
et primo diluculo;
cur noctem accendis ſanguine ?
cur Auroram purpuris?
An cupis orbem lacteum tuo
dealbare ſanguine?
et auroram cumulare roſis;
Flagra tua effundis aceto ;
et vrticis aſperas ?
ſi ſanguinis queris
aſperginem;
cur acetum , et vrticam admoues ;
quæ ſiſtunt ſanguinem ?
Exiliunt in muros tuæ
bonæ ſeuitiæ guttæ,
et teſtes muri ſubeunt examen
vitæ tuæ;
Sub Hyemis crudilitate ;
dum totus inalgebas,
noctu, ventorum te obijcebas
inclementię;
et perſiſtebas corpore ;
inſtar marmoris;
Quid inueſtigas è feneſtris noctis
tempore num aucuparis;
ventos rete corporis;
Sed tuum rete, plagas habet,

Digitized by Google

et venti nocent plagis;
Cur in ſilicem frigidum corpus redigis,
an quęris excudere diuini amoris
ſcintillas?
an in magnetem,
gelu liuidum te uertis?
vt trahas ferrum humeris:
Sed quod ſepeliet marmor corpus
tuum? ſi marmor eſt:
In hortum ſub nocte humida,
nudus abis? et perduras ſub iniurijs frigidi
Iouis: ſub noctu tendis in hortum:
ſi non videntur flores?
nox enim eſt ſepulcrum colorum:
Cur nudus inſiſtis: amicam in Thalamo
florum præſtolaris niueam Auram;
Cur in lacu, gelu rigido natas;
ſanguis ne tuus, venarum vinum eſt;
Gelu obruis, vt prælibes Numini?
ſed toto vitæ tuæ curriculo
te arguo abſthemium;
cur glacie vinum condis?
Aquam tantum prægustas, et dum
conſumpſiſti fontes,
reliquum erat gelu;
Et hoc tuo corpore calido ſoluis
in aquam;
Aſperis pœnis, ita palatum maceras,
vt tibi non diſtet nectar à cicutis;
ſi hoc tibi euenit viuo;
ergo non diſtas à mortiuis,
Pernox; perdiuſque horam,
et dimidiam dormis,
et alter Mecænas inſomnes

ua

trahis annos.
Cur ergo viuis,
ſi quod caret alterna requie
durabile non eſt;
Negas tibi ſomnum, & dormis
aſſiduè in precibus;
Quinam cibus tibi apponitur?
panis macer,
et ſaxeus, et obæſus es animò?
ſemel triduo cænas,
tota tibi inuigilat hebdomada:
et vix prandentem conſpicit.
Ita, Petre, tuum corpus pœnis arguis;
vt totam mei calami exhauſeris
argutiem.



MVLIER

Potat aquam, tactam à Capillis Petri; & ſtatim conualeſcit.

ELOGIVM XXXVII.

Tantane mulier, te premit
vitæ ſitis,
vt videas in Cyatho innare capillos
Petri, & ſorbeas aquam?
Nec ſpicæ capitis
tibi pungunt guttur;
ſed foras extimulant morbos.
Quidam traxit
poculum lactis;
et ſtrangulatur à pilo,
quaſi inſidioſa mors pilum
conuertat in laqueum;

Quaſi

Quaſi vita noſtrá adeo exilis,
ſuccumbat
pilo tenuiſſimo.
Petri capilli miraculis augent
aquas,
et ſalubrius ebibitur:
Age lector, non parui facias,
Sanctorum reliquias;
ſi tanti ſunt crines.
quanti erunt virtutes.

Digitized by Google

ſano non eſſe capite;
dum vixit, nunquam
cooperuit caput; & ſub niue
rigebant capilli in ſtyrias.
Quaſi haberet vertex imbrices ſuos.
Pendulus retro cucullus ſaturabat
famem laneam niuibus;
& aqua extillans,
flagrorum vulnera
refricabat in humeris:
Quis te monuit Petre, non
tegere ſub niue crines?
Quæris inſtaurare tuo capiti
pœnas montium?
an pręter ætatem cupis eſſe ſenex:
dum canitiem cęli tuis
procuras crinibus.
Nunquam feruebit tui cordis olla;
niſi cooperculum
tuo obducas vertici.
Concaua lana obtura tuum caput,
vt mens tranquillius
ſoporetur in precibus;
Penè concluſis iter agebat oculis;
& pedes irruebant
in ſpinas: & æſtimabat
vulnera, roſas.
Tantum pertimeſcis oculos,
Petre, vt ſemper carcere frenes?
Arbitraris; oculos, eſſe gemmas
fronti: & à rapina auellis:
Cur molem iſtam condidit Deus;
niſi, vt oculi ſe oblectarent
in illa:

Con trahe palpebras tuas
& cōſpice ſaltem Cælum,
ſidera, templa, Deum
Sed cur putas, eſſe roſas
vulnera, dum caſitas in ſpinas:
Vulnera male olent:
Bene olent, & roſæ.
Arbitraris, eſſe roſas,
quia plagis, tanquam
floribus coronatur Deus;
An putas eſſe roſas, quia iſtę
ſolent purpuraſcere
ſanguine;
Sed ſi plagas, putas, eſſe roſas,
cur tam ſiccus es;
vt non irriges lachrymis.
Plorant ſanguine tibi pedes:
rident oculi; ex pumice tibi
detornauit Natura oculos:
dum tam obſtinate areſcunt.
Conquereris aliorum vices,
tibi gratularis de tuo vulnere:
Cur nudus incedis, niſi,
vt videris pauper:
ſed dum premis tui ſanguinis
purpuras: calcas faſtum tuum:
Paupertatis Lotum nuncupas,
& tuo ſanguine donas
pretium lapillis:
dum enitent in pyropos,
Obſtringe faſcijs vulnera pedum:
pudicus es,
nec oportet imitari Venerem:
Pedes tui putantur radices arborum,

 &

& purpureum exprimunt ſuccum.
An miles Paradiſi oſtendis
Chriſto plagas, vt te emeritum
dimittat à Caſtris:
Ergo otio caperis,
dum caſtra fugis: ò felices
fauſtoſque pedes:
iam calcabitis palmas Regum:
Et per coronas regnatorum
iter habebitis.
Subnixa pede tuo: ſi fortè implumis
erit fama,
peruagabit Orbem
& tuas prædicabit laudes:
Et ſi fortè deficiant ora,
comperiet illa in tuis plagis,
Triennio Petrus lapillum lingua
obtriuit ſua: vt Agathonis
more à lapidibus addiſceret
ſilentium.
Cur, vt taceas ſaxum mandis,
ſi à coicula illa exacuitur lingua,
an vt expeditius loquaris more
Demoſtenis?
An, quia lapis Chriſtus eſt,
& cum Chriſto tantum tua
lingua colloquitur.
An congeris lapides ſub lingua:
vt muro occludas ianuam
loquelæ?
Sed ſi ſaxorum ſera labra
obſtruis, vndè effundes
ſpiramina?
Eijce lapillum, & vacent

in

in preces ora: calculum tenes;
& viuis? poijce, ne pereas;
ſcrupulum inicis linguæ,
ne loquatur.
Sed cur Deus tibi condidit ora?
Non, vt ſileas: quia fruſtra
tibi compoſuiſſet libra;
Erue tibi paruulum ſaxum,
ne videaris loqui lapides;
Tortilibus cordis,
non ſine nodis tibi texuiſti
Thoracem pænæ; Cithara Dei
tuum pectus eſt, dum cordarum
copia implicas;
Cordę tenuantur ex pellibus,
& textus cordis ſimulas
imaginem Agni;
An tuis Humeris, ſtylo ferreo
conſcriptis cordarum regulam,
ad hibes? In morem
ſacculi, ex lana intus aculeata
vicenos annos veſtem
pertulit, neque illam vnquam
exuit; niſi, vt flagris
locum cederet;
Quis te docuit Petre,
ex lana fingere acus quę
materiam ducunt ex Calybe?
Senatorem te facis;
dum clauatam geris veſtem;
Neque hoc tibi
inſimulatur ambitus.
Tanto nectare madet
ex vulneribus tuum cor:

vt tibi hæreant aculei,
An ita laceros iactas ex plagis humeros,
vt conſarcinare petas acubus?
Sed cur nunquam exuis veſtem:
times intemperia Frigoris?
ergo concupis, mollitiem;
Veſtis illa, tormentum textile eſt,
et cum tormentis cupis
conuiuere,
& cum tormentis mori.
Sed cur enudas humeros,
vt te facias
Flagrorum, colonum.
Si veſtis aſſiduè te cruci
quid plura tormenta expetis?
intumet tibi ſanguis,
ex contactu habitu ruuido;
Et ne t.bem maturet ſanguis,
per vulcera
flagrorum dirimis foras;
ne tibi officiat lues;
Et hoc non eſſet te perdere;
ſed in cauſam medelæ flagris
te corripere?
Cum lauas tunicam tuam,
quod tegumen
tibi protegit corpus?
Benè conſulunt tibi frigora,
dum texunt te niuibus;
Poſtmodò humidam retorques
manibus veſtem;
nec ſiccas ad ſolem, ſed vdam
Itidem induis;
Cur parcis exponere ſoli tunicam tuam
an

an quia illam corrugaret calor
& tuis Humeris coiret aſperius ;
Ergo te blandius curas ;
et mollem ex aqua tibi inducis
habitum ;
Quadraginta ſeptem annos
ſęuyt in humeros loris ;
ſub counubia nocte ;
et primo diluculo;
cur noctem accendis ſanguine ?
cur Auroram purpuris?
An cupis orbem lacteum tuo
dealbare ſanguine?
et auroram cumulare roſis?
Flagra tua effundis aceto ;
et vrticis aſperas ?
ſi ſanguinis quęris
aſperginem;
cur acetum , et vrticam admoues ;
quæ ſiſtunt ſanguinem ?
Exiliunt in muros tuæ
bonæ ſeuitiæ guttæ,
et teſtes muri ſubeunt examen
vitæ tuæ ;
Sub Hyemis crudilitate ;
dum totus inalgebas ,
noctu, ventorum te obijcebas
inclementię;
et perſiſtebas corpore ;
inſtar marmoris ;
Quid inueſtigas è feneſtris noctis
tempore num ? acuparis;
ventos rete corporis ;
Sed tuum rete, plagas habet ,

et venti nocent plagis;
Cur in ſilicem frigidum corpus redigis,
an quæris excudere diuini amoris
ſcintillas?
an in magnetem,
gelu liuidum te uertis?
vt trahas ferrum humeris:
Sed quod ſepeliet marmor corpus
tuum? ſi marmor eſt:
In hortum ſub nocte humida
nudus abis? et perduras ſub iniurijs frigidi
Iouis: ſub noctu tendis in hortum:
ſi non videntur flores?
nox enim eſt ſepulcrum colorum:
Cur nudus inſiſtis: amicam in Thalamo
florum præſtolaris niueam Auram;
Cur in lacu, gelu rigido natas;
ſanguis ne tuus, venarum vinum eſt;
Gelu obruis, vt prælibes Numini?
ſed toto vitæ tuæ curriculo
te arguo abſtinentium;
cur glacie vinum condis?
Aquam tantum prægustas, et dum
corſumpſiſti fontes,
reliquum erat gelu;
Et hoc tuo corpore calido ſoluis
in aquam;
Aſperis pœnis, ita palatum maceras,
vt tibi non diſtet nectar à cicutis;
ſi hoc tibi euenit viuo;
ergo non diſtas à mortiuis,
Pernox; perdiuſque horam,
et dimidiam dormis,
et alter Mecænas inſomnes

Digitized by Google

trahis annos.
Cur ergo viuis,
ſi quod caret alterna requie
durabile non eſt;
Negas tibi ſomnum, & dormis
aſſiduè in precibus;
Quinam cibus tibi apponitur?
panis macer,
et ſaxeus, et obæſus es animò?
ſemel triduo cænas,
tota tibi inuigilat hebdomada:
et vix prandentem conſpicit.
Ita, Petre, tuum corpus pœnis arguis;
vt totam mei calami exhauſeris
argutiem.



QVIDVM

Animoſus iuuenis corruit ab arbore in ſaxa acutiſſima; & Petri auxilio non læditur.

ELOGIVM XXXVI.

Sumis pennas, vt Icarus, in arbore te
ſublimem collocas;
Calce premis ramum,
ſed fractus ille,
dolenſque,
Fugit, tuamque trahit ruinam,
exturbaris in ſaxa
impoſitus arbori, vt tuo
fato non deſit rogus;
nec ſcintillæ è ſilice,

Me-

meditabantur ſaxa tibi ſepulcrum,
ſed Petro Templa parant;
et tuæ vitæ domicilium;
Cadendo perambulas cęlum,
et ſolum:
dum poſt caſum ſtas, et manes;
Cadis præceps in caput:
et ſtantem
te concipit tellus.
Tibi bracchium porrexit cadenti
Petrus;
ideoque non
Proſterneris humi, ſed aſſurgis
patrono.
Age libitina ferox, ſaxis illis tuum
collum aggraues,
et in profundum
abeas.

Digitized by Google

MVLIER

Potat aquam, tactam à Capillis Petri; & ſtatim conualeſcit.

ELOGIVM XXXVII.

Tantane mulier, te premit
vitæ ſitis,
Vt videas in Cyatho innare capillos
Petri, & ſorbeas aquam?
Nec ſpicæ capitis
tibi pungunt guttur;
ſed foras extimulant morbos.
Quidam traxit
poculum lactis;
et ſtrangulatur à pilo,
quaſi inſidioſa mors pilum
conuertat in laqueum;

Quaſi

Digitized by Google

Quaſi vita noſtrá adeo exilis,
ſuccumbat
pilo tenuiſſimo.
Petri capilli miraculis augent
aquas,
et ſalubrius ebibitur:
Age lector, non parui facias,
Sanctorum reliquias;
ſi tanti ſunt crines.
quanti erunt virtutes.

Digitized by Google

CRVRA

Infirma hominis, oleo lampadis Petri illicò curantur.

ELOGIVM XXXVIII.

Quid mæres, columnas pedum
tibi confractas;
& ædificium corporis ſuſtines
Tibicine?
Obline ſuras tuas Petri Balſamo,
et integre
eniteſcet vulnus procul à rubigine.
Petri oleum firmat veſtigia,
quando in oleo
Pedes labuntur.
Oleum, eſt venenum tenebrarum;
hoc tibi perlucebit ad ſalutem.
conqueruntur tecum,

Petre,

Petre, chyrurgi, dum arte mira
balſami, eorum lucra
præpedis
Cum tuo corpore extincta non eſt;
miraculorum vis;
dum viget in lampade;
pendet ante aras,
vt ad eam omnes conuertant oculos,
Agite improbi, ſi Petri,
Apoſtolorum
Principis clauis non facile vobis
pandit cęlorum fores:
Alterius Petri perungite claues
oleo,
et fatiſcent oſtia.

Digitized by Google

DE
Morte Petri.
ELOGIVM XXXIX.

Quid conquereris, mortem tuam, Petre ?
grauiſſimis pęnis tu tibi cauſa necis ;
et nullum incurris crimen;
ſed ſæuitia tua merito adſcribitur .
Iam febris tibi emedullat vitam , dum
aſſiduo Igne torret oſſa ;
ſpectat animus vires
corporis, morbo edomitas ,
et iam egeritur foras ;
Maligna lues defluit ad ſuras ,
et congerit malorum gurgitem ,
Ferro abſcinditur tumor ;
& morbus Inualeſcit ,
Conclamatur à medicis :
et ore Paradiſi, concio ſalutat
nuncium ſuum.
Sacramenta , vt moris eſt ,
iterat, et obſonia ad Paradiſi iter
comparat animo .
E ſuis ſodalibus vęniam impetrat ,
qui-

quibus præbuerat virtutum exempla;
Regularem cuſtodiam obnixe
cõmendat:
nam ibi florent virtutes;
vbi viret obſeruantia:
genuflexus in duro lectulo?
ſacris carminibus;plenus ſuſpiriis
comitatur volantem animam:
Aſſurgis Petre, dum moreris,
vt propius cęlo reſtituas pignus ſuum
et in compedium referas iter
longæuum;
vt vixiſti rectus, peris.
D. Lucas,feſto ſuo tibi plauſit
morienti,
et habet corpus emortuum
pictorem celi.
Expiras,uti flos, flagrantia
perambulat domum tuam,
ſplendor inſuetus
circumfulſit tecto,
vt tuarũ virtutum corona:
In concentibus Angelorum moreris;
et dum vixit pectus in cordis,
in cordis moritur
Arebant membra ſuperſtiti
molleſcunt exſtincta;
pallebant olim nunc incaneſcunt geræ,
ſpirat in morte tua puritas,
Et olim rigidus,
poſt mortem euadis tractabilis;
Dum flexibilitate lactea ſurſum;
verſum aguntur membra.
quid cogitas Petre?

po

poſt mortem aperis oculos;
nec pateris vllo modo concludi.
Et ſuperſtes clauſos vndequaque
agebas oculos;
Plurima ſunt viuentium pericula;
mortuorum nulla;
Et tuæ modeſtiæ, dum poſt fatum
coronatur radijs,
opus eſt apertos tenere oculos;
Spica illa radiorum, quę ſenſim tuis
ſtillat ab oculis, Fænus eſt
verecundiæ,
Dum prodeunt populi in funus
tuum,
irruentem ſuſpendis
pluuiam, & id tibi parcis
mortuo,
quod lubenter tolerabas
viuus.
C erei, tui funeris oculei teſtes;
ardebant in demnes,
ardor ille
tuę virtutis nitor erat;
Cur ardore non decreſcunt cerea
ſidera? quia innoxius ardor
tuorum
oculorum vigebat in illis:
Non minuuntur ceræ,
quia corda
hominum ardebant in
facibus:
Tuæ mortis lætitia geſtiebant
ceræ,
et parcebant lacrymis.

Fù

Digitized by Google

Fumabant procul à ſuſpiriis,
lucebant procul
a luctu.
Petri corpus tumulatur humo,
nec tabo exeditur.
Quadriennio poſtea extrahitur
è ſepulcro,
et integra obiicit membra.
Integer Petrus vixit:
integer obiit,
& integritate ſua gaudent etiam
Monumenta.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ELOGIA

AD VITAM

S. MARIAE MAGDALENÆ

DE

PACCIIS.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

ROMÆ, M.DC.LXIX.

Typis Iacobi Dragondelli:

Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE NATIVITATE

S. MARIAE MAGDALENÆ

DE PACIIS.

ELOGIVM PRIMVM.

Florentia, Orbis ver, & Italiæ
Tempe, vbique ſui
nominis fragrantia auctitatur, virtutibus
ybique cumulatur Heroibus;
inter quos
Fama cenſet Magdalenam
de Pacijs; quę ſancta
amoris inſania,

mundanarum rerum
Intellectu caruit.
Quę ortum habuit ex Parentibus;
non minus nobilitate
quam Sanctitate conſpicuis;
Et vtrumque decus;
cum ſanguine traxit, cum lacte
ſuxit; cum ætate produxit
Filia condecens.
Vę nobis miſeris: degeneres ferè
naſcimur; auorum nomina
gerimus; non mores;
Non itidem Magdalena; quæ non
minus luxit ceris fumoſis;
quam virtutum ſtellis.
Parum profectò eſt, de cęlo originem
ducere, ſi eiecti inde
dilabimur; vti Vulcani;
Nihilum ſane eſt; inter Cognatos
referre Iouem; niſi
indoles virtutis nos reddat
ſpectabiles,
Ab inuicto ſanguine gnatl,
euincimur prauis animi moribus;
Illa eſt vernacula nobilitas,
quæ propria manu parta eſt:
Oportet eſſe nouum hominem: quia
Nouitas admirationem parit:
Huiuſmodi ex optumatibus ad
commodum lucis properauit
Magdalena;
Sed neſcio, an, ſuas cunas;
an Vrbem coronauerit:
Dum nata eſt Florentię;
Hauſit

Hauſit auras vitales inter flores,
vt Apis.
Ex vtero materno rapta eſt
ad vſuram lucis.
In Vrbe Floræ ab vtero exiliit,
totumque in ſe virtutum
collegit ver:
Sed ſi totam Florentiam
expoliauit puella;
vbi reliqui ſunt flores;
Vernant in cineribus Beatæ;
quibus incubat colonus amor.
Cum portabat in aluo hoc ſoaue
pignus mater;
Non erat pondus moleſtijs:
ſed ſolatio parenti;
Rotunditate vteri, quaſi rota
vehebatur ad delicias;
Cum ad lactis munera concurrebant
Puellæ gingiuæ;
Oblectaminis erat potius, lac diſtendere,
quam ſugere;
Referebat è labris puellæ bibentis
ſaporem mater;
et alimenta ſuo corpori;
Mater bibebat oculis filiam,
filia ſimul cum lacte
ebibebat matris amorem;
Pendebat ab vberibus puella;
ſed tanto amore mater
Pendebat in filiam: vt ei ſugendam
oculorum
lucem exhiberet lubentiſſime.
Attonita puellæ ſiti detumebant

 mul-

mulctralia pectoris.
Sed prodigus amor matris exagerabat
ſanguinem.
Non errabat à matris moribus
imago tenerrima;
Cincinnis cęli compta prodiit
ad ſolem, dum aſſiduè
matris conſuluit ſpeculum;
Mare virtutum fluctuabat
in matris pectore;
vndè ortum eſt margaritum puritatis;
et corallium diuini ardoris,
Legebat Magdalena in fronte matris
librum itineris,
vndè recta tenderet ad cęlum.
Auſpicio; atque ductu parentum;
nil noui conſequitur
Magdalena,
Obtinet enim, quod prius penes
erat Patrem,
ſine figmento iuris prudentiæ.
Sanguis originis flammeus eſt,
et facem prætendit liberis;
Non profluit ex melle venenum;
neque ex cicitis Nectar.
Quæſo te, expetis
Magdalenam Infantem
conſpicere;
Senilem intuere virtutem.

DE

Indole Magdalenæ

ELOGIVM II.

Frons ; & oculi , velut Indices animi ,
palam faciunt arcana cordis ,
Obſignat natura prolem ſuam in Indole ;
& membrorum
ordo, argumentum eſt morum ;
Ingenium hominis, per oculos, tanquam
per ſpecula a ſe refert ſpectatoribus .
Non opus eſt , exquirere Chriſtallinum
pectus in homine ;
ſi quidem , vitrei oculi, ſpeculi munere
funguntur .
Libros aperit natura in fronte ; oculos
volui dicere, qui, vt legantur ,
non egent luce ; cum ipſi lucem
contineant ; & preferant ;
Ex aſpectu comendamus , & condemna-
mus virum .
Si mihi obuiam tradas Therſitem;
informis culpa frontis
terrebit obtutum .
Si mihi obuiam facias Alcibiadem ;
forma preſignis oris me mulcebit
elegantia .
Talis erat præſentia corporis puellę ; vt
iudicium ferret cordis;

Viuax ingenium excitabat animum , &
moribus Imperabat impetum ;
Modeſtia regebat opus ; quod grauiter
feſtinabat;manſuetudo lenibat verba,
In quibus non exarſit iracundia ; ſed
dumtaxat amore diuino percita ,
loquebatur roſas ;
Cæteræ puellę cum ſpectabant
Magdalenam , cenſuram
morum experiebantur .
Formæ lepos,& illicium,more magnetico
harpagabat oculos , & corda ;
Tam niuea lacteſcebat frons puritate , vt
intuitu aleret homines ;
Inter conſortia Mulierum, feſtiua
maturitate placabat colloquentes;
Tranquillitas, & quies moderabatur
fluctus corporis ;
Sine cuſtodia parentum ; ſibi ipſi ſtatuebat
cuſtodiam,& demirabantur puellam
liberam ferre compedes ſenſibus .
Arduum non erat illi , gubernaculo ſui
ipſius alienas aptare manus ; &
veluti nauicula cæli ,
Alienis non ſolum nutibus , ſed ſaltem
ſuſpirijs officioſa velificabat :
Quod agebat in promptu erat ; &
mentem ſequebatur opus;&
quandoq; præibat .
Mens illi erat in manibus , & cogitatio in
digitis;& operæ manus, mentis erant
opera;
Ingrati animi vitio non laborabat
in obſequia cæterorum;
Vir-
Digitized by Google

Virgo erat, & ſecum vbiq; conferebas
zonam charitum.
Obtemperabat omnibus in ijs, quæ culpam
neſciunt; & iuſſa anticipabat auribus;
A ſecunda infantia flexit animum rebus
diuinis, aſſidue recta cœlo.
Res ſacras, ſinminus capiebat mentē;
admittebat auribus, & vt Echo,
ſpeluncarum phſytracus non intellecta
referebat verba.
Blanditijs palpabat illos, qui verba
enarrabant cœli, & inſtar claui,
fixa trabi pendebat, & pendere
faciebat.
Inter religioſas fæminas, frequens, &
ſtupens, diſcens, & docens. parum ſcita
noſtrę fidei puella: & litterarum neſcia,
congaudebat, codicem virginis
percurrere digito;
Et dum claudo legebat ore, & vix
componebat litteras; incidit in Athanaſij
ſymbolum, et viſa eſt intelligere,
quæ ignorabat legere:
Effare, oculatiſſima puella, quis erudijt
mantem tuam, niſi inſtinctus numinis:
Ignoras rudimenta, et te Sibyllum prædicas
Lactea, et inermi manu, audes
expedire ſacræ Triadis nodum;
Quis te extulit in roſtra Theologorum,
in quę vix inſcendere poteris, cum non
dum firma ſolo ſignes veſtigia.
Eunuchus Reginæ Candacis; Duce, et
Auſpice Philippo ad viuum ſcripturas
reſecat.

Tu verò nullius ductu conſequeris, quod nullo Authore ignoratur;
Incurris oculo in capita fidei, et manu complexa librum, arbitraris Theſaurum, & oſtendis matri gemmas,
Quas inueneras, nec demittis è manibus;
O Felices Magdalenæ manus, è quibus fluxa non labitur fides; dum cogis obſtrictam;
Tunc comitem tecum ducebas lætitiam; cum volumen circumferebas;
Sola ſecreto agebas domi, quæ non cernuntur ab homine emittebat ex ſeruitute corporis liberum animum ad cœlum, et ipſa commorabatur humi, vti marmor.
Puritate candidum; amore pallidum, ſtabilitate in Deo firmiſſimum.
Remis contendebas ad velum virginitatis, vt ſiſteres te Deo vittatam victimam.
Cupis obducere velo florem puritatis ab æſtu pruinarum tentorium quæritas comis; Bellum motura inferis.
Tuum caput, Ara Dei eſt, et hanc tegere longo mantili concupis.
Non ita noſtrarum fæminarum mores; quæ cauent ſibi velo ab oculis ſpectatorum, ſed velum ita translucidum eſt: vt plus videantur:
Extollunt vexilla capiti, vt tendan procis ſuis victas manus.
Fugiunt ſub velum, tanquam imagines, vt

Digitized by Google

vt amatorum curuos ſibi arrogent
poplites.
Sed ſubtrahe velum, quam miraris faciem
picta eſt.
Cogit Magdalena ſub velamine
Capillorum errores, vt etiam
crinis ſeruiret Deo ſub compede.
Tantum tibi collibuit clauſtrum, vt ad
id maturam tibi præmunias
viam;
Et geſtias ferre velum, vt nauis: nuſquam
ſtabilis, niſi Anchora religionis
obfirmaret mentem.
Rubore ſe effundant puellę, quę floribus
arguunt comas, vt ſe præcingant
nuptijs.
Mille procis ſpondentur à matribus, et
venduntur;
[i]O fatuas matres quæ officiorum cauſa
circumferunt filias vicatim, vt
merces emendas ab oculis.

DE

Pueritia Magdalenę, & virtutibus.

ELOGIVM III.

Quid fæminæ vos proripitis
in Forum, et Macellum;

Forum excludit Mulieres ;
et Macelli locus terret
acinace .
Magdalena à publicis iocis
transfuga, in angulo
domus tota viuit precibus ;
Suum ingenium non flexit iocis,
ſed in ſeria ſubegit :
Genuflexa aſſiduè in adtyis ,
excauabat diuini amoris
Theſauros .
Supplicans , claudebat oculos ,
quia non æſtimabat dignos
Cælorum intuitu :
Colligebat lumina ;
ne per oſtia corporis euagetur cor ;
Oculi ; ſunt literæ lucidæ
cordis , vt mittat illas Deo,
obſignat palpebrarum cera ;
Ne exeat Chriſtus
ex veſtibulo cordis ;
occulit oculorum
Ianuas ;
Vt certas amoris ſagittas dirigat in
Numen ; Inſtar *Aucupis* ,
non vnum , ſed alterum
premit oculum .
Tibi voluptati tenebræ ſunt ,
& inuoluis oculos ;
ne ſubeant munia ſolis .
Quid ita oras puella ;
digna complexu materno ;
quæ nondum compos mentis ,
vſum exerces voluntatis .

in

in Deum;
Ita peccandi impotens;
potes meritorum copia;
Latebris committebat ſe ſe,
ne fraudaretur votis ſuis;
Et conquiſita à parentibus, poſt oſtium
adeſt, vt per rimas
ſpectet Cælum.
Poſt lectum cubat abſcondita,
excubans ſacris orationibus;
Sed proh oſtium adamantinum?
Proh cubile lateritium?
Dum tantis feruoribus non
concidis in Cineres.
Tam valida poſt oſtium
glomerabat ſuſpiria;
vt toto cardine conuelleret fores;
Cur claudis te poſtica orationibus:
times; ne familiares
tibi diuertant animum turbis;
Nunc puellæ ab oſtio rimantur
amatores;
Poſt lectum inſimulantur ſtupri;
Sed quis te monuit formam precum,
o eburnea puella?
Niſi diuinus amor, gemellus,
collactanens, & alumnus tuus.
Sacer amor roſtra tenet
in cordibus,
& docet infantes,
quæ nos prudentes ignoramus.
Pudor teneat religioſos viros,
dum ſanctiores experimur;
Sæculi viros, & ducimus exemplum
ab illis Quos

Quos oportet exemplo præuenire ;
Iuſtitia peregre agit ;
non in Clauſtris tantummodo;
Vbique gentium commoratur Deus,
& agitante illo.
Caleſcimus ; cum volumus.
Totam ſuam teneram ætatem
exegit puella in domeſtica
Eremo.
Non, vt Helenæ Romanæ;
quæ vagantur in Vrbe ;
vt examina apum , etiam
ſub pluuio Cælo;
Vt gaudeant virorum aſſentationibus;
& comitari ad domicilia.
Primo diluculo Magdalena,
horam integram orabat ;
et inflammabatur precibus, cum
Aurora ante Solem.
Prouocabat ore diem Cæli ;
dum ſuę
affulgeret menti ;
Ita ne laceras ſomnos , & excubias,
agis tuo cordi ,
O eſt renuiſſima Amazon.
Ne tibi lactanti puellæ officiant
ſtryges.
Deſtituis , bene mane cubile ;
quod æternant diuturnitate
noſtræ fœmina ;
Conuiuis cum precibus , non verò
cum Thalamis ;
Et tibi ceruicalia ſubleuant caput ;
vt aſſurgas ;
No-

Nobiſcum verò conqueritur lectus ;
dum noſtro pondere ,
interdiu , noctuque concutitur .
Et nos miramur noſtras Danaes ,
adeò calentes ;
exigere duratura cubilia .
Tantum ſibi moris gerebat
in Orationibus , vt noctes tranſigeret ,
et putaret dies :
Propter maximam tuæ mentis facem ,
Non lecto , vt dormias incubas
capite , ſed vt ores :
& ſomnus excubitor precum
tibi eſt .
Somnus, lethæo ramo, tibi rore
ſoporifero luſtrat oculos ,
& ſimul ſtillis illis arrigit animum
ad Deum .
Macte animis Virgo ;
aſſurge ſublimis corpore ;
nec genu procumbas ; quia
cenſeris cedere amori .
Forſitan hæres humi genibus ;
vt maximam virtutis molem extollas
humeris ;
Inſternis thalamum ſponſo , & poſito
genu incumbis ;
Procidua tibi labant genua ;
vt expias oculis telluris
ſordes ;
Curuas in angulum poplites ;
vt non ſolum in parte tuæ domus ;
ſed in tota excipias Numen .
Flectis genua ; vt flammæ tui cordis
mi-

Digitized by Google

miniſtres animam follibus;
Friget tui ſponſi lectulus,
& incaleſcis genuflexa hermoclinio;
Callum obduxerunt tua crurum
internodia; ideo non ſentis genuflexa
telluris verbera; et præacutos
lapillos;
Et nos ante aras vno innitimur
genu, vt culparum iaculis
ad iram concitemus Deum.
Oculis peruolitamus templa,
& quæ nos imago trahat, neſcimus.
Diſcite Religionis Verſipelles,
Deum non fallere;
Nullus enim locus Deo vacat;
et tui cordis fraudes conſpicatur:
Non dolis ſubſtat Deus;
nos decipimur, et noſtras Sycophatias
riſu compenſat.
Noſtræ fallaciæ ſuas pęnas
expectant, & ſi
negligantur culpæ,
Cum Fænore iniuria ſoluitur,
Et cum aduentat,
iuſtum modum maturior ira
præterit,

DE

DE

Pœnitentia Magdalenæ in pueritia.

ELOGIVM IV.

Quid exigis à te pænas,
ò innoxia puella? Pæna ſuum
Authorem ſequitur.
Quid diſcrucias tuum corpus;
quod nullis variatur maculis;
Niſi verſicoloribus virtutibus.
Quid ſenſus tuos inflammas ſub laniena
ſanguinis, et candorem niueum
ſubripis corpori?
Flagris vbique tibi feruent humeri,
vt ſanguis tuus non intepeſcat
in Deum.
Manum lacteam ferreis loris,
implicas, et exornas te
armillis penitentiæ.
Num verberas tergora, vt excites
in Deum cor, quod fibras ſuas locat
in humeris.
Flagella ſe habent; vt propagines
pænitentiæ; tu exprimis videmiam
ex humeris vt Propines Deo.
Superbi viuimus, quia ſublimes
corpore; tu ſubmittis

hu

humeros cathenis, humilitatis
aſſecla.
In ſeruitutem te vindicas Cęlo,
dum ſtygmatico legeris tergo.
Prodis furta tua, dum cor ſurripuiſti
Numini;,
Quando flagris te ſubijecis.
Dum neruo bubulo te collidis;
ſumis vindicias ex lacte;
Et ex Ebure ſupplicium.
Arte flagrorum pingis in humeris
tuis roſas crudelitatis,
et flores tormentis:
Stellæ calybis, affixę tergori,
extimulant te ad Cęlum.
vt Calcaria.
Nectis coronas tibi ex ſpinis
citreis, vt crudelius tibi
irradiet coma;
Virentes dumos congeris,
vt fixi in vertice, radices agant;
Non aciculis aureis tibi pungis crines,
vt noſtrates fęminę.
Iaculis ſiluarum exaſperas
caput, inſtar hiſtricis; vt toto
capite milites in inferos.
Syluarum clauis infodis occipitium;
vt Pictura Chriſti ante oculos tuos
ſuſtineatur.
Infęcundis ſpicis redimis comas;
noua Ceres in tormentis!
ſpinæ, nemoris dentes,
tibi mordicibus ſcindunt
capillos;
Et inſtar Caluarię Glabriorem
red-

Digitized by Google

reddunt verticem
Vbi nil reliquum eſt, niſi figas crucem,
Heù fuge, Inferorum fera;
dum caput Magdalenę præacuitur
venabulis arborum.
Vepres illi rubeſcunt impulſu;
et euadunt corallia mortis;
Fuſtibus pungentibus ita mollius
efficitur caput;
Vt videatur deſquamatus piſcis;
et exdoſſuata muræna.
O caput, Paradiſi Fodina, vnde eruuntur
Pyroporum riui; extenuas in
rubra fila ſanguinem prope
acus ſuas;
Nectaret exprimis prope aculeos;
ſed tu ſpiſſo dolore cicubarum
ſuccos ebibis.
Expellis è tecto cerebri infernos
mures rubis aſparagorum;
Tuum caput, liber Diuinus eſt.
& aciculo ſyluarum
inueſtigas ſortes tuas;
Longis Dumis, tanquam Chirurgi
ſpecillis, dum pertentas alta
vulnera, vulnus addis.
Zonam tibi texis ex ſpinis.
vt lumbis, vel effugiat;
vel plectatur, pes veneris.
In fæcundam ex tuo corpore pollicetur
Lucifer meſſem;
dum conſeris ſpinas;
O vbique natantem in amoris
Diuini Oceano puellam;

dum

Digitized by Google

dum inſtar piſcis dorſum ſpinis
aſperas.
Hiſce phaleris compta, ſomnos
capiebat Magdalena;
ſed ſomnus equitabat alio;
ſpinas ſibi exhibens in Caluaria.
Diſcite puellæ, molliores cuniculis, &
arſeculi plumis;
Non palpare corpus blanditijs;
ſed horrore impetere,
Sanguis Hominis, vt flumen; niſi
dirimatur per riuos vulnerum;
auctitatur incremento.
Et Alluuione ſua rapit virtutum flores.

DE

Temperanria Magdalenæ.

ELOGIVM V.

Seruitio gulæ, nos ſubiectit Natura,
& intolerabili quotidianæ
menſæ iugo.
Non diſtamus præterea hoc à pecudibus;
et cum ſenſibus,
mentis confundimus vires.
Onerauit præter animantia nos Natura,
illis vbique gentium pratum
conuiuium eſt;

Nos

Nos fecit ciborum conquiſitores;
nam ſi non affulget aurum,
non apparent epulæ;
Dolet nobis, quod iuuat palatum,
dum conſtat argento.
conſtat ſanguine;
Numero cenſeremur Angelorum;
niſi vtilitas Naturę
huic nos ſubmitteret curæ.
Pondere ciborum confercimus vterum,
et telluri incumbimus
procliues.
Animus, qui hæret corpori,
ab huiuſmodi reuocatur
infortunio;
Qui plus comedit, minor homo eſt,
qui minus comedit,
maior homo eſt;
Adſumus homines,
et imitari lubet Fęminas;
dum cibis turgeſcit vterus;
Detergimus lances, & exhaurimus cados,
vt vterque vacan;
ſonet ad plauſum gulæ.
Templa noſtra, Popinæ coluntur,
et Deus eſt cuicunque cupido.
Magdalena victum ſumit, adeo exilem,
vt ad ſuſpiria
euolet.
Curabat corpus vili Polenta,
non diſtendebat delicijs.
Perpaucis ferculis eximebat famem,
et inſidias tendebat palato;
ſummis labris prælibabat cibos;

vt

vt ſacra Phylacteria;
quæ ſeruarent pectus à periculis.
Non puellari more anhelabat ad poma,
adeo nitebat pudicitia,
vt etiam arboreo abſtineret a fœtu.
Amouebat gulam à pomis,
nè mordere condiſceret;
marmorea poma obſtant dentibus;
quanto magis
gingiuæ inermi.
Pellucida mala cedunt palato,
et humilis Magdalenæ,
gula nolebat ſuperare pomum.
Mala vocantur poma;
et quod malum eſt repellitur;
nunc infantes plus poma cognoſcunt,
quàm matres,
non immemores originis.
Manu neſcia contrectant globum ambroſię,
et conſcientia gulæ venenum.
Rubore purpuraſcite Helluones;
ventres omnes;
vobis exudat ignis,
et flammarum labor arguitur;
vobis natant piſces;
et volant aues;
et coquorum variatur ingenium
ad pultes.
Vites vobis gemmant;
et Falerna arbuſta curuantur,
plures menſa apparat dapes;
quàm Cœlum ſidera;
et tales gulæ Athlantes ſubintrant
pondus, & numerum.

Non

Digitized by Google

Non ita primi parentes,
qui viuebant herbis, vt pecudes,
intelligebant,
vt Præſtites ſuperi.
Quis prouexit in longum eorum ætatem;
niſi poculum flumineum;
et herbæ ſalubres?
Vitulinæ dapes calorem
naturæ comprimunt, & copia
ſanguinis admouet
mulctras Veneri.
Væ nobis miſeris;
pratum armento ſat eſt;
officio gulæ deficiunt elementa.
Si nolimus diſcere à Patribus;
puella nobis, vt magiſtra,
moneat temperantię normam:
tantùm Magdalena conceſsit à cibis,
vt digiti languidi
non ſuſtinerent acum:
O miles ſine corpore;
neque ferre vales lanceam tuam!
Age nunc puella,
pone ieiunium carnifex:
Numen non concupit ſanguinem;
ſed corda.
Sume condecens epulum,
nè latrent tibi viſcera;
et Atheonis ſubeas
infortunium.

DE

Amore erga proximos.

ELOGIVM VI.

Tantùm aruit ex ieiunijs Magdalena;
vt ad flammam pietatis anhelet;
Proxima diuino incendio,
exarſit in puriſsimam flammam;
Amor, ignis eſt
et poſſeſſores ſuos reddit in pauperes
Ardeliones;
Cum ſpectabat pauperes;
partem cordis ſui conſpiciebat;
et expers eorum præſentia,
non viuebat integra.
ientaculum à matre expromptum
rependebat pauperibus;
et tunc obæſa erat corpore;
cum prandebant inopes;
cum eff rebat pedem
non ſine cuſtode ab ędibus;
ſolatio reorum adibat carceres,
et reficiebat verbis, & cibarijs
reliquias illas infortunij.
Suo aſpectu illuſtres reddebat baratri tene-
bras; et ſuo tactu emolliebat ferrum;
tanto concalebat ardore;
Ita ad Acheruntem abijt Numen;
vt Sanctiſsimos Patres
vin-

vindicaret ab vmbris.
Frequens ruri ſuo intererat
non animi cauſa; ſed ruſticatum
puellarum rudimento.
Sub arboribus ſcolam
aperiebat frondoſam;
et edocebat innocentiæ alumnos
in decuſsim componere manus,
non extendere ad ramos;
Vt fructus vitæ decerperent,
non mortem.
Vt precibus vnà
ſecum inſiſterent Ancillæ;
expediebat *Magdalena*
domus negotia;
Manu dignißima ſceptro,
euerrebat domum;
ſed puluis ille
receſsim ibat à pedibus,
et à ſuis ſupirijs;
et ſi comam puellæ inceſſerat,
puluis ille inter radices crinis
intermicabat, vt athomus
Solis.
Benè ſentiebat de omnibus;
de ſe verò perperam;
et lingua ſua,
quę in alios erat aurea;
in ſe vertebatur ferrea;
Diſcite mulieres
omen linguæ ſiniſtrum à vobis auertere,
nec inuadere dente proximi famam;
id aſſolent canes.

DE

Voto Magdalenæ in ſacram Euchareſtiam.

ELOGIVM VII.

Hunc tantum puellarum morem
ſeruas, Magdalena;
vt aſsiduè Panem ſacrum corroges.
Non ceſſas in hæc vota;
nè ſuccumbas morti;
quid Magdalena expetis?
vſus panis tibi non
proficit;
quià repugnat vitium ætatis;
cur, quod libare non poteris,
concupis?
aut fames tua impotens eſt,
cum cupido hęc nil
virtutis habet;
dum tendit ad impoſsibile?
Vbique temporis in menſa patris
veſceris panibus;
Et fame deperis. quaſi nunquam
videris panem.
Alio ne ardes cibo; ſed nil tibi
deeſt; dum omnia ſuppetit
paterna quadra;
Ergo; qua vexaris fame, ingluuies?
Cœli

Digitized by Google

Cœli eſt;
Dum ſacram menſam habes in votis
Sed vix ſeptemnis, quid poſtulas,
poſce votum tuum;
Hoc tibi ſatis erit;
Nam votum cibi in cæna Chriſti,
cibus eſt; Non ne infantes
voto parentu m comedunt panem
ſacrum, cum luſtrali emergunt abaqua,
Cur Magdalena non poteris.
Cibus grandium pubertatẽ
poſtulat, ſacras dapes in
ætatem proroga;
Tunc noueris; cur præter naturæ
ſortem, ſpecierum tunicæ
hæreant in ſuſpenſo;
Neq; contingant Chriſtum; cum
obuoluunt faſciæ illæ ſub conditione
poſitæ.
Tunc tibi notùm erit; quomodo
ſpecies illę Chriſti
compedes exiſtant; nec obterant pedes
Quomodo Deus ſpeciebus illis
ſeruiat;
Dum illis recedentibus abit;
Expectes, & ſuſtineas puella
ętatem tuam: tunc enim
ne tibi auferantur deliciæ, clauſum
vorabis Deum.
Exproba nunc ingluuiem tuam; dum
concupis panem dulciarium
Paradiſi, latentem
ſub hoſtijs,

Digitized by Google

Die Iouis Sanctioris Hebdomadæ nuptui ſe tradidit Chriſto.

ELOGIVM VIII.

Quid nuptijs cum exequiſs;
Quid lctitiæ cum doloribus
cōmune eſt;
Chriſtus ſe apparat tormentis,
Magdala ſponſalijs:
Chriſtus ſibi arbore funerea confingit
crucem, Magdalena roſis
purpureis ſternit thalamum.
Chriſtus ſibi molitur ſepulcrum;
Magdalena maritalem ornat
aulam.
Chriſtus incoquit faces inferijs;
Magdalena prætendit
tædas connubio;
Templi velamen iam, iam
abrumpitur Chriſti
funere; & Magdalena flammeolum
induit genis:
Properas Virgo ad Aram, &
votum virginitatis
nuncupas cum nubis Chriſto;
Quid incaſſum elaboras Magdalena;
Matrim onium tuum citò
ſoluetur, tuus enim ſponſus
Hodie

Hodiè ſupreſtes erit.
Poſtridie damnabitur morti.
Hodie læta duceris ad domum
ſponſi, cras orba marito
lugebis.
Inſtitam veſtem, gemmis
ſtellatam mutabis in ſyrmata:
Anulus connubialis, quo illuminas
digitos, excidet è tuis
manibus;
Et in lacrymis tuis humeſcet
gemma; vt mali ominis
obſignes litteras.
Extincto ſponſo, tantum tibi
votum puritatis ſupereirt
dum cælibem duxeris vitam.
Pronuba flamma, non ſollicitat
tibi pudorem; cur tanto ocyus te
Nuptui tradis, nullis
petita procis?
Perendines connubium tuum ad
ſolis diem, tunc redux
è tumulis ſponſus tibi æternam
promittet fidem.
Die Iouis multa Sacramenta
inſtituet, nec matrimonij
Curæ vacare poterit.
Te adſciſcere poterit ad ſacram
Cœnam, non ad thalamum;
Cænatus abſcedet in hortum, vt ſuo
ſanguineo rore flores
immadeant;
Quænam iura, te docent, ſpondere
te marito cum non dum nubilis adſis

Nec ſponſi amplexus
ſuſtines;
sed ætatem non exquirit amor,
cordis tantum pubertatem
expetit.

Dum Magdalena cupit ſe addicere Monaſterio, obſtant mater deſiderio.

ELOGIVM IX.

Cur Vatiniano odio matrimonium
inſequeris;
et hoc Sacramentum eſt:
Prius caput obtruncatum velis;
quam coniugij iugo
aptare collum.
Et hoc, quod ſpecimen criminis
non habet; ſi forte ageres, tibi
capitis periculum inferre
poteſt.
Si tibi obijcerent ſcelus; quid
ageres; ſi vbi ſcelus nullum
eſt, in præceps exturbares caput:
Tuum caput ita flocci pendis, vt
præcideres ad nomen
coniugij:
Antefers pudicitiam vitæ tuę,
et tua vita nuſquam eſſet,
niſi affuiſſent
nuptiæ;

Vbi

Vbi terrarum loci eſſent
hominés, ſi abſuiſſet connubium:
Numen ipſum ab æterno conſuluit ſe,
vt ſpeculum diuinitatis ;
Et vbiq; ſui imaginem
reuerberat .
Quis precenſeret tot viros
ſanctitate illuſtres , niſi
Patres compreſſu ſuo impleſſent
matres.
Natura mortali fętu immortaliter
ex matrimonio peremnat, et
vnius caſum reparat partus alterius ;
Quid ſuauius in orbe ; quam duo
corda in vnum transigere ,
et vitam ducere
ſimplicem geminos coniuges .
Cælibes cane peius , & angue ,
maiores noſtri exoſi ſunt ;
Quia viuebant ſoli : nec ſpes erat
mortalis vmbræ . .
Tu puella matrimonium
deuoues, & non damnata voti
cælibatus perſolues
pœnas ſolitudine .
Quænam putas eſſe clauſtra , niſi
carceres , qui excipiunt
homines
et tergemina compede colligant;
Putas ne rotas illas ad cælum vehere,
ſed quandoq; membratim
corda diſtrahunt .
Velum: quod tui deſiderij
ſuſpirijs turget , ſæpenumero
vrget

vrget in nauſragia.
Opus eſt nouo conſilio, & parentum
obſequela:
Vſura corporis tibi facienda eſt,
vt opulenta nepotibus
exultet domus:
Qui contigent matri hæredes, ſi te
paupertati addixeris?
Obligurient exteri patrimonium
tuum.
Cui dono dabuntur gemmæ, &
dotes dapſiles; ſi deteſtaris
matrimonium.
Filia eſt oculus matris, matremq;
cæcam concupis; non
mouent Magdalena mundi
ſuſpiria, non rationes hominum;
Obdurat obſtinata in voto ſuo,
et amoris pondere fertur
in clauſtra, & prius caput ferro
diuideret à collo, quam
ſe iungeret viro.
Commendat matrimonium, ſed
maiori laude pudicitiam, conſilium
coeli præfert debito naturæ; iuſſa
parentum non excipit,
Quia vbi perfectius Deo viuitur;
non obtemperandum eſt
Patribus.

Mag-

Digitized by Google

Magdalena diu moratur, in electione Monaſterij.

ELOGIVM X.

O Magdalena; tam fixum clauo amoris in clauſtrorũ rotis voluis animum,
Vt neque Attalicis te dimoueas conditionibus;
Remigio; veloque, quantum potes feſtinas ad locum;
vbi ſemper ſederis:
in obſidionem murorum te ipſam capeſſis;
Et libertatem tollis pedibus, addis amori: obſtringis te in cæli portu, nè ęſtus inferorum te referat in pericula rerum.
Peſſulo obedientiæ obdis fores tuas, et aditum pręcludis delitijs.
O conſilium puellæ, quod vix capiunt ſenes, claudere ſe clauſtri cera, vt poſſit ad Paradiſum mitti, velut epiſtola viuens.
Qui expatiantur campis: non legunt flores, niſi Veneris:
in uitium libertas excidit
et licentia pedis, officit cordi,
Connubium eſt laudis compos;
ſed non ęquat meritum

pudicitiæ,
Nullis ad hoc præcluderis anguſtijs,
multis ad hanc incitaris
exemplis:
Sancti quoque mente pariunt,
nec laborant puerperio.
Etiam monaſteria parturiunt, & non
nubunt:
ſed ſuſcipiunt parentum liberos.
Rempublicam Amazonum neſcis; quanto
tempore perdurauit
procul à virorum conſortio.
Extant, ſi Plinio concredimus:
quidam populi,
Qui ſine vxoribus cumulant ſe
et ſpiſſo denſantur vulgo.
Delectu clauſtrorum opus tibi
eſt, clauſtro nubes et
et tuarum operarum mater
extiteris.
Conſule Deum, Conſule Patres,
conſule tuum cor,
Parentes non abnuunt, ſed verſes
te pacto, quolubet,
et nubas etiam Deo.
Deniq; delectum habet Cęnobij,
quod inſcribitur Angelorum
Reginę nomine.
Age puella, contende remis
ad Deiparæ domum & contracto
ſipario vſu cæli per fruere.

In-

Ingreditur Monaſterium, vbi probatur more tyronum.

ELOGIVM XI.

Cogite in faſces cynnama : in cumulum
thurea grana referte, ſuccendatur
flamma odorifera , & in ea
ſpectetur Magdala , vt aurum .
Suum cor candore argenteum ad lydium
lapidem proditur; falsò ne
arguatur ;
Cryſulca examinatur aqua, an vera
cęleſtiũ virtutum conflętur
mixtura ;
Oculeis excutitur cribis, furfure
ne conſtet animus; an
ſiligine .
Per ſaxa , & per ignes tibi
Magdalena eundum eſt ; vt concuſſa
fides firmior, & purior eniteat ;
Iam ſub Magiſtris tetricis
mores permittis tuos ; ſed lima
nulla indiges , quia ſponte
fulges ;
Aetas tibi obſiſtit , ne te matrem , &
Magiſtram veſtales faxint :
intras Cænobium ; &
tecum comitem adducis lętitiam.
Triumphant Virgines inter
tuorum bracchiorum arcus
dum reddis amplexus;

Mœnia aſciterij, ſe cômouent, dum
geſtiunt aduentu tuo;
et maximę virtutis pręſentia
clauſtra ſibi auxere animos.
Vix te videt, & vna queq; amat, & è
congreſſu tuo capit delitias;
Vna queq; te videndi copiam ſibi
facit, & intuitu plena tuo,
longe abeſt à cibis;
O Magnum Religionis incrementum,
perge, vt occœpiſti, in via enim
virtutis feruet opus.

De contemptu mundi muliebris.

ELOGIVM XII.

Nudus natus Adam; poſt labem originis
circumdedit corpus pellis amictu;
Quia ardorem iuſtitiæ perdiderat,
quærebat formenta animo.
ab humano conſilio
pręceps exciderat, & ſimilat
imaginem Belluæ.
Coronat lumbos, & inguina frondium
ſerto, & ſetigeris ficorum exuuijs
mulctat vitium gulę.
Lacrymarum balſamo nuſquam coiuit
cicatrix, & naturæ
vulnera fronde medica oblinit;
Iſta fuere primi hominis
ſpo-

ſpolia, nunc exoculant
aſtra, vt gemmas veſtibus inferant;
et Margaritarum lineas
ſuſpendunt collo;
Tanquam pretioſas lacrymas amantium,
quæ obduruere ſuſpirijs.
Terra lentum ſubducunt aurum; &
in fila extenuant, ita lucidiſſima.
Vt textoris radius non diſtet
à ſtamine.
Onerant aures cariſſimis lapillis,
et ſuperbia lapidatur
nec deperit;
Prodeunt graues auro inſuto veſtibus,
et dexteritas membrorum riget;
Verſicoloribus vtuntur
veſtibus, & inſtabilem arguunt
animum,
nunc lana imitantur aerem nunc
maris vndas; & volant
vt leues, et merguntur, vt molles
Nunc croceo velantur amictu, et quia
intus calent; pallent exterius;
myrtos paphias intexunt phrigionis
opere tunicis, vtq; placeant Veneri;
ſuis plantis ſuperbę incedunt;
grues acu ſcriptę, pene
mouent pennas è veſtibus;
Nunc glandes arte creant, et ſordida
offerunt alimenta;
Nunc flores animant coloribus,
et ne areſcant, cauent a pluuijs
et circumferendo ver, male olent.
Mille modis arguunt crines, et

Digitized by Google

calamiſtro flexibilitatiſ
inurunt notam;
In nodum ſuper frontem colligunt
comas, et ora petunt inſtar
rotę, vt torqueant amantes.
Nunc crines iactant humeris, vt flagellis
aureis corda liueſcant;
hęc in morem teſtudinis cilleneę
repandit comas;
et velociter peregrinatur in ſenſus;
Hanc neglecti decent capilli, et arte
ſimulatur caſus, et tunc magis magisq;
Pulchritudini ſtudet cum
negligentiā excolit;
Canitiem Germanis herbis inficiunt,
et cum Medæa vellent mutare
naturam; ſcribunt atramento
comas, vt arguant eſſe amantes
ſub carbonibus cineres.
Deducunt digitis genas, vt cerdones
pelles ſuas, et eradunt ſulcos;
vt excipiant ſemina;
Nuda ſupercilii confinia pilorum linea
diſtingunt, vt ſub vmbris
ſetigeris nitidiores eluceant ſoles.
Illinunt vultum multa fęce,
nec patitur natura diu hęrere
tectoria illa, dum ſudoribus
detergit;
Apud ſolem conqueritur ſimplicitas
de pygmentis mulierum,
vt tanquam iudex colorum detegat
furta formę:
Medullis Cerui perfricant dentes, &
co-

Digitized by Google

eorum culpas ſanguinis pęna
expiare vix poterunt gingiuę.
Si decutiuntur ab ętate crines,
emunt ſibi cęſaries, et vænali adulterio
infamant caput.
Omnia iſta dant faciem, et licet
videantur deformia;
multaq; dum fiunt turpia, facta placent;
Torques aureos innèctunt collo,
nec timent gemmarum ſerpentes;
nec ſquamoſum auro monile.
Circulis gemmarum obſtringunt
digitos, vt faſcina meditentur
amantibus.
Pedibus calçant pyropos, et calce à ſe
proiiciunt gemmas, tanquam indignas;
ſtudent ſidera: variant cum anni
tempeſtatibus ornatus ſuos,
Et mundus etiam muliebris verſatilis eſt.
Magdalena noluit circumfluere
veſtibus pretioſis, vt è mundi
procellis enataret facilius.
Negligebat crines, et componebat
indiligenter; ſed negligentia
naturę decebat comas;
Gemmas non tangebat, vt ardentes: nam
vbi ardor promicat; fumus eminet
ſuperbiæ, textilem abdicabat
luxuriam; licet impubes
ętate, et pro monſtro exemplùm
erat, dum capiuntur cincinnis puellę
et calamiſtris pueri.
Honeſtatem captabat in veſtimentis,
& inopiam mediocrem;

Non

Non ènim faciunt meliorem equum
aurei freni.
Quis opulentior, quam pratum
induitur, et eius diuitias
pedibus obterimus:
Adamus obductus pellibus: lanam
nobis exercendam indidit:
nam induuię ſunt frigoris propugnacula,
et vellera quam maxime calent.
O tempora: ò mores! noſtrates virgines
non exeunt foras niſi cincinnentur à
pedibus:
Vrunt calceis anguſtis talos, et ęquo
animo patiuntur plagas: dum
puſilla ante oculos erumpat
planta.
Obnoxia vinculis cogunt latera, vt
reddantur iunceæ, ſublandiuntur formæ
ſpeculo, & filo eradicant lanuginem,
& genarũ vellera vitro ſtrictim attondẽt.
Extorquent fallacijs à criſtallo
cenſurã naturæ, &
dum latina forma eſt, quia latet ſub
ceruſſis, Barbara eſt;
Non itidem Magdalena, quæ ſolum
cincinnabat lacrymis oculos,
& faciem conſultabat in vndis,
vt eniteſceret purior.
Diſcite mortales, non procreare
genis adoleſcentiam nouaculis;
pubertas illa triduo floreſcit, &
eadem denſabitur ſeges,
Si vobis moleſtiæ eſt pilus innocuus,
quanto magis pœnitentiæ

dumeta; ſed cur tanto ſpęius
reſecant ſe homines;
vacant ne muſicis,
Heu leues homines, ideo diſtamus
à fęminis, quia barbā nobis paſcimur
Caue ne faxis, vt Cæneus, qui
ſe marem conuertit in fœminā.

Aſſumit habitum Magdalena, & dum eius facies ſolatio matris à Pictriobus excipitur telis, collacrymatur aſsiduè.

ELOGIVM XIII.

Valete Terrarum opima ſpolia,
terreni luxus trophęa:
Iam Magdalena dat nomen ſacræ militię,
& Carmelitę habitum inducit.
Sub veſtem Helię, vt Eliſeus
ingreditur, & eiuſdem fulgurat
virtutibus:
Cęlas Magdalena formam tuam ſub
velamine, & Mater tuam obnixe
petit imaginem:
Vt ſaltem coloribus Parentum paſcas
viduitatem.

Digitized by Google

En Titus egregius penicillo,
te intuitur, tu męrentem auertis vultum,
& lacrymis fugam tuam reddis
ocyorem.
Opponis digitos formę, ſed ſplendor oris
euentilatur Foras.
Pictor fugientem captat coloribus faciem,
& calami colorati alę, tuam
pręueniunt fugam;
Nihilominus magnam vim fundis
humoris, vt aqua oculi inſultet tabulis
& expugnet formam.
Quid lacrimis increſcis in fluuium,
vt tabula funditus pereat:
Falleris, quia tabula innatat vndis;
nec incremento mergitur;
O Tite: coge penicillum tuum,
pigmenta haurias
Vultum inchoa, & plangentem
Magdalenam ad amuſſim affinge.
O Parentes, quid incaſſum quęritis
releuare męrorem
Vultu depicto filię, męſtus eſt;
Vobis cauſa doloris erit.
Cur Magdalena ęquum putas,
te plangentem exarari coloribus: quas
culpas liturę tradis;
Si corde incanes toto? oculis noſtra ſoluis
crimina.
Quid otia nectis Cęnobij Antiſtita,
Imperio tuo non cohibes
Magdalenę lacrymas:
Ingenuę fluunt, vix vi non exprimuntur
digitis,

Quid

Quid ſuris in planctus Magdalena ,
dum tuam repetunt imaginem ;
Refugis tui doloris indicium afferre
poſthumis ,
A picturis perdiſcimus , & extimulamur
ad virtutes , dum virtus , quæ
alitur in corde , affulget in ore :
Num auellis te à coloribus ,
quia luſtrali fonte primum abluta ,
Non amplius indiges ſecunda a Naufragio
tabula ?
Caues hęrere telę , vt aſſiduè
collacrymeris :
Si non ſiccas lacrymas , permitte te
coloribus vrendam .
Noſtrę ſalutis aſſertor in Veronicę
Sudariolo ſuam impreſſit formam;
Et in lirteamimis Typo corpus exanime ,
vt memoriæ
Hominum ſupereſſent cruenti
Numinis veſtigia .
Et ſi pictura illa dormit in linteolo ,
nos à vitiorum ſomno exuſcitat .

Diuus Auguſtinus apparet Magalenæ , & litteris aureis conſcribit in corde Magdalenæ (Verbum caro) literis ſanguineis (factum eſt .) ELO-

ELOGIVM XIV.

Auguſtine, reconde calamum tuum
in vagina pennarum; ſculptoris
ſubeas munus; ſcalpro tibi opus eſt;
vel penicillo.
In corde Virginis non poteris ſcribere
literas; pellem cor non habet,
quæ ſuſtineat calamum.
Penicillo etiam poteris, vt pictor;
litteræ, quas appinges
Sanguineæ erunt, & cordis ſanguis, non
excludit ſanguinem;
Aureæ quoque erunt notæ:
ſed iſtæ Magdalenæ non decent cor;
Habent etiam Clauſtra Fabricios ſuos;
qui aurum reijciant.
Nihilominus auro, & ſanguine
ſcribis, & placet
Pictura cruenta Magdalenæ;
Quia etiam aurum, ſecundus
compellatur ſanguis;
Myſtica verba notas in corde;
ſed verſicolori ſtylo.
Quia ſcriptura amoris eſt;
& amori color vnus non conſtat;
Non auaritiæ vertitur Magdalenæ;
concupiſcere aureas litteras,
non vſui eſt ſcripturæ aurum; niſi fluidum,
quærit aurum, quod fluat,
quod fugiat;
Non crudelitati aſcribitur, velle
litteras ſanguineas; petit ſanguinem

Digitized by Google

Vt in Chriſti gratiam effundat;
Dum ſuum non ſatis eſſe cogitat;
Schemata aurea ambit in corde,
tanquam Delphicæ fores;
& vtraque ſcriptura Cælo lapſa videtur.
Verbis ſanguineis inſcriptum
loquitur cor, quod totum amore
ardet, & in ſanguine amor eſt.
Fare age Magdalena? cur te magis
oblectant literæ aureæ;
Quam gemmeæ; cur plus ſanguineæ?
quam Purpureę;
An quia auro linit ſagittas ſuas amor,
& vulnificum illud aurum
ſitit ſanguinem;
An quia cor ſi aureum eſt;
Deo flectitur;
Rigeret obſtinate in gemmis; peſſime
caleret in purpuris;
Sed ſi cor tuum pingeretur gemmis;
Muſiua fieret Pictura, quę foret
precioſior.
Sed times cor lapideum; ne frigeſcat:
ſed cur frigeſceret tuum cor, inſculptum
lapillis;
Quando gemmę ardentes ſunt; & ex
ſilice flamma eruitur.
Benè nouit Magdalena frigere lapides
licet ſint cauſa flammarum;
Ita ſunt Pręcones ſacri, alios incendunt ad
Deum, & ipſi vt marmora frigent;
Quare age Magdalena; expande tuum
cor, librum Numinis; pauperies
noſtrorum oculorum; quia corrogat

li-

lucrum, auidiſſimè perlegẽt
aueam ſcripturam ; ſed non perlegent
ſanguineam ; quia oculi horrent
Sanguinem ;
Hanc quoque legent ; quia Chriſti
ſanguis nectare ſuauior, vitę conſcius eſt,
non mortis.
Quid agis, *Auguſtine* ; verte ſtylum in
tabula, dum diſſidium quæris inter
Triadem ; cuinam debeatur cor aureum
Magdalenæ : vt illud pomum
Paridis, quoque inſcriptum literis aureis,
O cor, ò Chriſti tabellam ; collo-
candam aris ; dum ſacrificij extrema
verba complecteris.
Sed cur emiſtichium illud, primo
exaratur literis aureis : poſtremo
ſanguineis : quia verbum natum, abeò is
Regibus, auro cognitum vitam finiuit
in ſanguine.

Comunes fiunt Magdalenæ
dolores, quos æquo animo
perpeſſus eſt in patibulo
Chriſtus, cum animus à
corpore ſeorſim ſe habuit.

ELOGIVM XV.

O Numen cruentum ; tuæ mortis dolores, quid in cõmune refers cum Mag-

Magdalena? et inſtar pueri Therapnęi
In ſuo corde tuas ſcribis querelas,
et facis florem è ſanguine:
Quod vix humeris ſuſtinuiſti diuinis,
reuerſas in Puellam:
Coronam ſutilem ſpinis non tolerandã
Deo, aptas Feminę? et caput
illius aperis per foramina,
vt tanquam Hermoclynium,
Refertum prunis ſanguinis lectum
ſponſi incalefaciat;
Caput illud tui doloris particeps,
deſinit eſſe caput: dum deplorabundum
mœnia perambulat:
Cur confers illi tuos cruciatus:
ſubrogatur ne puella in tuorum
membrorum partem, dum vero caput
tibi dolet, membrum quoque
elanguidum gemit.
Ad columnam tuam in Imagine
Magdalenam complicas:
Et verbera, quę marmora non regerent,
imbellis puella ſubſtinet:
Bracchia Magdalenę ad Crucem tuam
adducis, et truncus, quia
commiſeratur tormenta,
Rigorem ſuum flectit: nec frangitur,
quia caſus foret, cauſa mortis;
Pullulabat è tuis palmis ſanguis per
clauorum fores, fuit in manibus
Magdalenæ dolor;
ſentit tormenta, nec videt vulnera.
Tollitur ſublimis in patibulum; tolerat
ſuſpendium carnificium; nec
mo-

mouet à tellure plantas.
Submittit terebrarum ſpinis caput,
ſentit extremi animi dolores;
& à vita non ſecernitur corpus;
deniq; ſculptoris obis Chriſte vices,
& ſimulacrum tuum è Magdalenæ
corpore eruis.
Vteris radijs, tanquã clauis, & configis
Magdalenę manus, vt à tuis non
amoueantur operis.
Transfuerberas pedes, vt in tua ſiſtant
ſemita; perſtringis pectus haſta;
& figis cor, vt per latera
hiulca tibi pateat amor;
Exemplum tuę necis ſignas in
illa, cernis crudelia vulnera, nec
exprobas carnificem.
Teq; ſpectas in illa,& tuorum vulnerum
error incitat te;
Nihil habet ſui Magdalena, viuit in
tuis plagis, non cura quietis
abſtrahitur à tua, quam
gerit, imagine.
Contuetur tuam formam, & à ſe
ipſa non abſtinet oculos, porrigis
illi bracchia, & illa vltro
porrigit,
Cõminaris illi vulnera; nec deterretur
manus.
Quod cupis Magdalena, tecum eſt,
inopem Chriſti, te Chriſti copia
efficit,& inſtar floris Therapnei manet
in tuo corde;
Moues flammas; feriq; flammas, tibi
vul-

Digitized by Google

vulnere proximus viuit Deus ne
abſentem trahas, vreris amore tui
dum numen amas, & ſi te ipſam
oderis, cancella e tuo corpore Chriſti
Imaginem.
Si vix pateris vulnera, caue: ne quem
amas velis abeſſe: hoc eſſet
votum in amore nouum;
Dum verus amor præſentia inſtauratur.

Magdalena ſponſalia iniit cũ Chriſto coram D. Auguſtino, & Catherina Senenſi.

ELOGIVM XVI.

Quid mœres Magdalena? en ſponſus
ſplendoribus ſenticoſus in tranquillum
confert tuos languores;
Conuenit cum tuis manibus, vt te reuelet
è doloribus; in arrham æterni
contractus, tibi exhibet pronubum,
anulum, non ſpectabilem oculis
hominum.
Ita ne clandeſtinis gaudes nuptijs, dum
indicem anulum occultas?
Non eſt hic anulus Gygis, qui ferentem
hominem reddit inuiſibilem?
ſed ferens ſpectat omnia;

 Videt

Videt dumtaxat Magdalena anulum
ſuum; non vident cęteri, quia
tanto non releuantur lumine.
Sola Magdalena ſpectabat in Anulo
ſponſum, nec timet à corde ſuo
abripiendum, dum nemo eſt,
qui videat gemmam;
Inſanis Magdalena, anulum non
videndum à cæteris;
videt oculeus Deus, complectens omnia,
Sed cur hoc pignus gratiarum petis
à numine, vt tuus anulus
effugiat oculos.
Fruſtra impetras; quod ſola faxis.
Indue chyrothecam tuis manibus, &
gemma latebit; ſed ſi pellis
carceres, dedecent manus Religioſas,
vt innocuas; ſerua ſub faſcia
pectorali anulum tuum,
Et corde tantum miraberis numen;
Sed ex pectore excidere poterit maritalis
anſa; quare anulo corona tuum
cor; & deliteſcet oculis.
Sed quid ſuperbis aureo gyro, quod
putas eſſe aurum, & vices habet
radij;
Chriſtus non ſpondet ſibi vxores auro,
neq; pyropis, dotem dapſilem.
cordis amat.
et gemmæ, quas donat, ſunt lacrimę,
quæ obdurant in pala anuli, &
ſplendent, vt adamantes;
Has referrimus in digitis, quia dum
ſiccamus madidos oculos, ad
mo-

moueſmus manus ;
Solenne contrahis cum Chriſto
connubium :
dum maximis firmatur teſtibus.

De raptu Magdalenæ mirabili, dum non abſtrahit illam ab operis ſuis ; & licet ſodales faſcia obducant oculos , & claudant , etiam in tenebris illis cæca in acũ inſerit filium .

ELOGIVM XVII.

Nauis , quæ tibi ab eterno Patre
creditum debes pignus ſuum ,
finibus cæleſtibus , quid
te ſuſpiriorum impetu
capeſſis in altum ?
Aligerum ne tuum cor euolauit
in aerem , & aucuparis illud amoris
ſagitta .
Dędali more ; tibi cera componis
alas , & toto tranas cœlo:caue icarium
fatum , ne prope ſolem tuum
liquens cera tibi, ædificet
infortunium.

Magnete domus conſtat tectum, & abſtraheris neq; ferrea es.
An quia cęleſtem ducis vitam, te impellis in aerem.
Vim patris in aere, neq; te ſuſtinet, vt Prophetam Angelus comis.
Vt lampas diuini amoris ardeſcis, & pendula ante aras luces virtutibus.
Nulla funis tibi tenditur in aere; & funambula cœli percurris vias ventorum;
Tanquam fulgur puluereum, ſaltu emicas in Cælum; vt nuncies ſideribus tui cordis lætitiam.
Exceſſu mentis non diſſides ab operis Arachnes: corpus libratur in aere: Manus glomerat in orbem linum.
Sodales tibi faſcia occludunt oculos; Tuq; excuſſum filum immittis in acum; et ſatagit manus proſequi, quæ cæperat;
Obſerant tuæ domus feneſtras; teq; orbam ab induſtria inter tenebras continuare laboris laudem, Dum tibi prælucebat amor.

Varijs modis cruciatur à Furijs.

ELOGIVM XVIII.

Magdalena, quid otiaris? occurere

Pon-

Digitized by Google

Pontificibus , vt Sacramento
odorifero tibi oblinant frontem,
et ad futuram pugnam robore
expediant pectus;
Appende crucem lateri, inuolue caput
ſpinarum galea; adamantina
patientię lorica pectus obfirma;
Iam vexilla Plutonis produnt Aquilas
ſuas; iam euaginant fulmina lauro
cæli incinge comas.
Iam auernalis Triton, tibi tuba Claſſicum
concinit; et pulſat ſomnos;
Iam tundunt belli cymbala, & bouum
terga in tympanis etiam poſt mortem
extimulant.
Sume animos à duce cœli, Paradiſi
Marte Michaele,Gladium quoq;
auelle à manibus.
Tu ne cedo malis; ſed audacter occurre;
pulcramq; petas per vunera mortem.
Virgæ Eumenidum, tibi excutient
pulnerem, & florebunt tuis comis.
Cerberus, caterarum colonus, te
latratibus terrebit; ſed cruce
Chriſti innixa,eludes morſus;
Te Megera aget precipitem ſcalis, ſed tu
aduerſum contendens inſcendis in cęlum.
Perfida Alecto tibi manibus ſtudebit
guttur elidere; ſed liuoribus illis
amethiſtorum tibi monile conficiet;
Obſcęnis formis tuę pudicitiæ
inſidiabuntur diræ tuq; ſponte confugies
in ſpinas; vt in adoream capitis
colligas roſas.

Digitized by Google

ſacculum, vt virtutum
colligeret gemmas;
Nobilitas ſanctitati nupſit, et ſuſcepit
tantam ſobolem, quam vix
attingis oculis:
Olebat, vt balſamum & fęcem ſe vocabat
mundi,
Et ſterquilinium publicum.

Magdalena à Chriſto coronatur Diademate Spinerũ.

ELOGIVM XX.

Cur è tuo capite, ò Rex pęnarum coronam
detrahis, et Magdalenæ apponis?
vt mixtum tecum imperium obtineat.
Caue tibi fatum Nini regnatoris ab altera
ſemiramide, Corona decet,
regem, colus, & penſa fæminas;
Verſet pollice Magdalena fuſum; tuq;
ſpheram gemmatam capiti.
Num illam Magdalenæ donas, quia
ſpinea eſt, & tuo capiti moleſta eſt;
ergo donas quod ſpernis, & oderis;
Sed non eo vilius æſtimanda eſt dumea
corona; iſta enim tuo capiti
produxit gemmeam;
Vt instrumenta noſtræ ſalutis diligimus
ſpinas, tu donas, quæ veneramur,
& tibi aufers cultum debitum.
Iſthæc potiora ſunt tui capitis ornamenta;
Rex

Rex tormentorum es.
Et viduus corona ſpinarum, fieres Rex
delitiarum, et hoc nomen tibi non
conuenit,
Cur iterum ſpinis ſponſam tuam ex
crucias; iura etiam doloris
cum vxore cõmunicas?
Hoc proprium ſponſi eſt, nobilitare
coniugem; ſed quid Magdalenæ
impertiris; iam ſpinæ tuo infixę capiti
remanſerunt obrutæ;
Ergo largiris ſertum frondium. cur ſe
iactat Magdalena ſpinarum zodiaco?
Hoc tua natura comparatum eſt, ò Chriſte
tibi reſeruare ſpinas.
Nobis Paradiſi delitias;

De male valetudine, Magdalenæ.

ELOGIVM XXI.

Spes, atq; opes vitę tuæ Magdalena,
ſepultæ iacent in pectore;
Neq; vlla eſt confidentia veſtro in corde,
quin amiſeris; coniurant in exitium
tuum elementa; ſol tibi friget;
Aret aqua; terra dehiſcit.
Animo male es; caput dolet; non audis;
neq; ſatis proſpicis; iam plus
Triennio tibi indulſere dolores.

re-

reſecandum eſt vitæ filum, vt tibi voluptatem conſuas: tibi ſolatio eſt morbus; moleſtiæ cubile; velles te ſtātem mori, nec iacentem cedere morti; ſed aduerſa fronte illam peruadere; horremus fatūm; quoties inquinamur culpa; ab integris viris mors, vt Nectar ebibitur. Quieſce quæſo Magdalena, euelle è fibris animum, & Deo ſaluum exhibe.

Mitigauit tuum pomum, Paradiſi ſol; excutiendum eſt humi;

Racemus; vitæ tuæ iam ſub prælo mortis purpuream euomet animam;

In ore ſponſi, tuæ vitæ flores reconde, & reſtitue Pignus Domino.

Mors tibi cedet lucro, emes aſtra pretio cordis; et inſtar Glauci commutabis cum auro ferrum;

Deſtitues tellurem; et aſtra tuis ſe ſupponent pedibus.

Quid moraris? amor odit moras, tua mors amoris agit partes.

Truncum amoris vocabulum, mori eſt.

Iaces in lecto, vt ſponſa; febri concales, vt ſponſa: iam tibi dominatur amor; claude oculos, vt ſponſa;

Iam iam moreris: ſponſo reſtitue anulum nubilem:

Ne tibi ſubducant veſpillones;

Sed anulus hæret cordi, et digitus animi nota gemmarum obcalluit:

Redde profectò cor tuum ſponſo; reſtitue digitum, vt manu te ducat in Cælum.

Per-

Perfuncta fatis Magdalena, vt flos purpureus, ſuccisus aratro, pallet, et albet: recedit vita odoris:
Et firma manent veſtigia pudoris: illicio formæ trahit oculos, leporibus detinet, et ſplendore luminum:
Quia de morte Sanctorum gratulandum erat, exiccat lacrimas:
Iacens corpus non erat horrori ſpectatoribus: ſed vt electrum pallidum amore diuino, erat in votis omnium.
Tapetia ſui feretri aurea roſarum grandine purpurabant:
Sed à Magdalenę corpore fragrantiam hauriebant roſæ.
Nuſquam vnquam oblitum erat balſamo corpus, vt arabia odorifera halabat naribus: et virtutis odor permeabat corda.
Quis incedit odores tuo corpori, ò beata, niſi pudicitia?
Graue olent Venerei, vt partes auerni.
Senſit propè feretrum adeſſe laſciuum iuuenem, et obuertit alio vultum:
Quam arguis in ſuperſtite Magdalena pudicitiã: ſi poſt fata ex oſa eſt Venerẽ:
Adeò grauis eſt laſciuiæ pædor, vt ſepultis moueat ſtomachum
Quamdudum traditur tumulo ſarcina ſanctitatis poſt aram Principem
Annoque integro iacet, nec corruptelę ſubijcitur;
Anno poſtea extrahitur è tumulo depoſitũ virtutis: nec vſquam vllibi contabuit:
Niſi

Niſi in acumine naſi: et hoc credo equidē,
aduenıſſe, quia membrum illud
Impatiens laſciui iuuenis, propter
Fætorem Veneris,
Ab illo auertit faciem;
Proximorū vitia à te prohibeas tolerantia
Non horrore, et odio:
Culparum natura vaga eſt: nunc mihi
hæret, nunc tibi:
Proh! ingenium hominum peſſimum;
cęterorum vitia detegimus
Noſtra obducimus.
Inuexerunt corpus in Cænobij penetralia,
Sacræ Virgines, illuſtres facibus,
Et ſidera illa Cerea, lætam concutiunt
Comam;
Noſcebant ſolem ſuum, etiam defunctum.
Noſce te ipſum.
Ex poplite Beatæ decennium, & vltra
fluxit oleum odoriferum:
O Magdalena, prudens Virgo fuiſti;
non quidem fatua,
Dum tempeſtiuè tantum olei tibi
aſſumpſeris:
Vt etiam poſt funera, ſeruaueris
Sponſo tuo;

FINIS.

398.670

Digitized by Google

Errata	Corrige
tellerem pag.1.v.2.	tellurem
lande p.1.v.11.	laude
tu p.5.v.20.	in
oſſe p.10.v.13.	eſſe
Dum p.10.v.16.	nec
gelith p.13.v.9.	goliath
trunnns p.17.v.8.	truncus
torque p.22.v.2.	torqueas
Frigite p.28.v.1.	fugite
Dendes p.41.v.8.	Dentes
eluſitur p.74.v.29.	eluitur
libra n.79.v.7.	labra
Coicula p.78.v.22.	coticula
Flagrantia p.91.v.18.	Fragrantia
geræ p 91.v.28.	genæ
Per i mas p.63.v.5.	Per rimas
excutiebunt p.63 v.16.	excutiebant
lec tho p.67.v.2.	lecytho
cicitis p.102.v.25.	cicutis
ſibyllum p.105.v.26.	ſibyllam
ſ cophatias p.12.v.18.	ſycophantias
cicubarum p.115.v.17.	cicutarum
Nectaret p.115.v.16.	Nectar
Anſeruli p.116.v.8.	Anſerculi
ſenuarent p.118.v.2.	ſeruarent
nobis p.119 v.16.	nos

BIBLIOTECA ... VITT. EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

R. BIBLIOTECA